PRIMA AESINA SYNODVS
DIOECESANA
A
D. PETRO MATTHÆO EPISCOPO ÆSINO
NVNC
S. R. E. CARD. PETRVCCIO
IN SVA CATHEDRALI ECCLESIA
CELEBRATA ANNO M. DC. LXXXIII.





MACERATÆ.

Typis Heredum Pannelli, & Angeli Antonij Monticelli.
DD. Superiorum Permissu. 1695.





SI Videbitur Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino D. FABRITIO PAVLVTIO Episc. Maceraten. & Tolent. *Imprimatur* Alexander Compagnonus Ecclesiæ Cathedr. Maceratæ Archidiac. Reuisor. Episcop.

Imprimatur.

Didacus Balducci Prothon. Apost. I. V. & Sacr. Theol. Doct. Cathedr. Macerat. Canonic. Theol. Illustriss. & Reuerendiss. D. D. Fabritij Paulutij Episc. Macer. & Tolent. Vic. Gener.

Iacobus Franciscus de Amicis Patritius Macer. I. V. necnon Phil. ac S. Theol. Doct. S. Offic. Reuisor, vidit &c. Si placet Reuerendiss. Patri Inquisitori Anconæ.

Imprimatur.

Fr. Dominicus Franciscus Poggius Sacræ Theologiæ Lector, Prior, & Vicarius Sancti Officij Maceratę Ordinis Prędicatorum.



INDICTIO SYNODI DIOECESANÆ ÆSINÆ.

PETRVS MATTHÆVS PETRVCCIVS

Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Æsinus.



VOniam hanc Vineam Domini Sabaoth, quæ est nostra Ecclesia Æsina multiformes satagunt bestiæ demoliri, quarum incursus inualuit contra ipsam, vt quotidie pullulent germina vitiorum, & germen bonum nituntur suffocare, & necesse sit diligentiam adesse Cultorum, & nunc euellere, & amputare iam nata, nunc etiam nascituris nociuis grauaminibus proficiendi aditum obserare. Inde siquidem est, quod Nos pro nostri Pastoralis officij munere, tàm ad emendanda, quæ digna emendatione videntur, quàm ad promulganda, quæ saluti Fidelium, & di-

disciplinæ Ecclesiasticæ visa fuerint expedire; Vniuersum Clerum iuxtà Sac, Canonum, & Sac. Conc. Decreta ad Synodum Diœcesanam decreuimus euocandum.

Omnibus igitur cuiuscumque ordinis Clericis, qui Canonum iure, vel Ecclesiasticis Sanctionibus, vel S. Concilij Decreto, vel Consuetudine, aliaque ratione Synodo prædictæ interesse debent, sicuti & Regularibus, qui in Diœcesi nostra Beneficia etiam simplicia obtinent, vel illis inseruiunt nota sit huiusmodi celebratio, & ne aliqua ignorantia excusari possint, vniuersos, & singulos prędictos per hoc nostrum Edictum monemus in Domino, eisdemque sub virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub pœnis Sacr. Canonum, alijsque arbitrio omninò iubemus, vt prę-stituta die, quæ erit vigesima sexta sequentis Mensis Aprilis cum duobus alijs immmediatè sequentibus de mane ad Synodum prędictam, quam in nostra Cathedrali Ecclesia Deo dante celebrabimus superpelliceis mundis, & alijs requisitis conueniant, vt ope Dei, atque auxilio communi studio statuantur ea, & promulgentur, quæ ad Animarum salutem, Clerique disciplinam, & Diuini Cultus incrementum totiusque Diœcesis Reformationem pro temporum ratione pertinent, & vno ore honorificemus Deum, & Patrem D. N. I. Christi, qui est benedictus in secula. Volumus autem, vt hæc Synodi Indictio affixa, & iuxtà solitum publicata Valuis Ecclè-

siæ

ſiæ Cathedralis in Ciuitate, & Parochialium in Diœceſi perinde omnes, & ſingulos intereſſe habentes afficiat, ac ſi fuiſſet ſingulis ſigillatim perſonaliter intimata.

Datum Æſij ex Palatio Epiſcopali die 1. Februarij 1683.

Petrus Matthæus Epiſc. Æſinus.

Loco ✠ Sigilli.

Thomas Matoſſus Notarius Synodi.

IN-

INDEX CAPITVM PRIMAE SYNODI.



De

INDICE
DELL' APPENDICI
DEL PRIMO SINODO



✠✠ 2 *Bolla*

Erra-

Errata grauiora, quæ in impresſione primæ Synodi irrepſerunt, eorumquè correctiones.

Numerus paginar.	Numerus verſuum.	ERRORES.	CORRECTIONES.
9	15	iuſta	iuxta
11	8	Ordinatis	Ordinarijs
16	6	immemor	immemores
	7	ſatiata	ſatiati
20	26	obſcœnis	obſcœnis, vel immodeſtis
26	21	approbandam	approbanda
35	14	valeant	valeat
37	26	ſiſtunt	aſſiſtant
39	24	conſtituitur	conſtruitur
43	16	triplici	tripli
46	25	ſed in	ſed incluſa in
	26	incluſa claue	claue
47	9	veterum	veterem
91	1	remotionem	remotiorem
107	24	Pſalmus	Pſalmum
150	28	1605. 24.	1604. 29.

DECRE-

DECRETVM DE APERITIONE SYNODI.

IN Nomine Sanctissimæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. Nos Petrus Matthæus Petruccius Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Æsinus. Ad Dei Omnipotentis, ac Beatissimæ Virginis Dei Matris, & Sancti Septimij Patroni laudem, nostram Diœcesanam Synodum incipimus. Faxit idem Omnipotens Deus pro sua misericordia,

pre-

precibusque Virginis Beatissimæ, ac eiusdem Sancti Septimij, & aliorum Sanctorum, vt quemadmodum speramus ex hoc Sacro Cætu lumen, & spiritum omnes reportemus ad officia nostra secundum voluntatem Dei peragenda.



De



De Fide Catholica, & eius Profeſſione. Titulus I.

1 PAſtoribus Animarum vehementiùs elaborandum eſſe, vt catholicæ Fidei ſoliditas in Gregibus eorum curę commiſſis ſummoperè vigeat; haudquaquam negare poterit, quicumque ponderauerit prȩclara illa Apoſtoli axiomata, *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo:* &, *Iuſtus ex fide viuit:* & *Accedentem ad Deum oportet credere*. Cùm igitur niſi accedant ad Deum, & niſi ex fide viuant, Deoquè placeant Animæ, ineuitabilis ſit earum interitus; cùmquè eas Deo placentes viuifica Fides adducat ad Deum; idcirco Virtus hæc tali fouenda eſt firmitate, vt potiùs mori, quàm eamdem abnegare velimus. Ideo Nos veſtigia Eminentiſs. Noſtri Anteceſſoris ſequuti tale ſtudium in Fide promouenda, quale rei grauitas exigit, adhibere ſatagimus, & hæc addenda cenſemus.

Hebr. c. 11. Rom. c. 1. Hebr. l. c.

2 Nemini, etiam Regulari, ne in ſui quidem Ordinis Eccleſia concionari permiſſum ſit, niſi facta priùs Fidei profeſſione ad formam editam per Pium IV. coram Nobis, vel noſtro Generali Vicario: vbi

verò id semel præstiterit; ob eamdem causam non iterare indulgemus. Quòd si id neglexerint; nihil eis suffragetur a Nobis impertita concionandi facultas, neque satis sit illis, hanc Professionem extra nostram Ciuitatem, Diœcesimue emisisse. Hoc idem a Confessarijs requirimus, quibuscumque præcipientes, vt vel in præsenti Synodo, vel infra mensem id peragãt: aliàs non audeant confessiones excipere.

3 Totum id de Prælatis Regularibus Nobis subditis, de Confessarijs, Vicarijs foraneis, Procuratoribus fiscalibus, Cancellarijs Curiæ Episcopalis, Lectoribus publicis, Medicis, Chirurgis cum alijs in præcedenti Synodo contentis, cautum sit: qui omnes, nisi quantò citiùs apud Nos, vel Vicarium nostrum Generalem ex eiusdem pontificiæ formulæ præscripta ratione Fidei professionem præstiterint; eorum officijs, & exercitio interdicti censeantur, vsquedũ dictã professionem perfecerint: quæ omnia in speciali libro in Cancellaria nostra, cui titulus erit *Registrum Professionum fidei*, adnotentur. At verò nemo ex prædictis in posterùm exercitium eorum incipiat, nisi priùs Fidei professione pręfato modo emissã.

4 Monemus insuper Medicos ad docendum coram Nobis se præstitisse iuramentum ad formam Bullæ B. Pij V. sub die 11. Martij 1566. editæ: aliàs iurent coram Nobis de obseruando contenta in dicta Bulla iuxta eius tenorem.

De

De Doctrina Christiana. Titulus II.

1 AD Ecclesiam Parochialem priùs Parochi, cæteri deinde adsint Presbyteri, & Clerici, nec non Seculares, quibus filiorum pariter cura suorum incumbit. Hos omnes in Domino monemus, obsecramus, & respectiuè præfatis Parochis strictè præcipimus, ne erubescant statis diebus, & horis accedere.

2 Et vt faciliùs pernicioso huius Doctrinę ignorantiæ malo occuratur; eisdem Animarum Curatis mandamus, vt die festo, vel intra Missarum solemnia, vel in Vesperis (si frequentior tunc Fideliū multitudo in Ecclesia præsens aderit) clarà voce, disertisq; adeo, & distinctis verbis, vt ab omnibus rectè percipiantur, modò vnum, modò alterum ex ijs prę-cipuè Christianæ Doctrinæ capitibus recitent, vniuersis qui aderunt, eadem verba, quibus ipsi præibunt, repetentibus.

3 Omnibus insuper, & singulis Animarum Rectoribus, & Curatis, cæterisquè Confessarijs, siue Secularibus, siue Regularibus in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus; vt antequàm confessiones audiāt, faciant vt Pœnitentes (quos rectè ista scire ipsi non nouerint) Orationem Dominicalem, Angelicam Salutationem, Symbolum fidei, & Decalogum recitēt;

quarum rerum si quos ignaros adinuenerint; erudire non negligant:& meminerint eorum, quæ in Synodo Eminentiss. D. Card. Cybo Tit. 2. n.9. statuta fuere.

4 Insuper quoniam non satis est prædicta scire memoriter, nisi aliqua cognitio de præcipuis christianæ Fidei mysterijs possideatur, & explicitè SS. Trinitatis, & Incarnationis D.N. IESV Christi mysterium, Deumquè redditorem præmij, vel pœnæ a quolibet Christicola sciri necesse sit, vt absolutionis sit capax; idcirco strictè mandamus cuicumque Cõfessario, vt hominum, vel mulierum (quos ipse nescit an hæc nouerint) confessionem excepturus, vnumquemq; interroget, An sciat, quid sit mysterium SS. Trinitatis? quis IESVS Christus? quid Paradisus, & Infernus? aliaquè ad hæc spectantia. Quòd si (vt persæpè contingit in rudioribus) responsa audiat a veritate aberrantia; nullatenus absolutionis munus impertiat, nisi priùs horum veritatem mysteriorum ignaros edoceat. Eiusdem munus erit Confessarij, aliquam addere simpliciter, breuiterquè notitiam quoad diuinum Eucharistiæ Mysterium, & quoad partes Pœnitentiæ, vt validum sit Sacramentum. Caueant, ne hæc omittant Confessarij: negligentes enim æterno Iudici rationem huiuscemodi omissionis reddituros esse, iterum iterumquè monemus.

5 Parochis autem, quibus tam seriò a sacrosancta Tridentina Synodo officium christianam edocendi Doctrinam impositum est, addimus, quòd Si quis

no-

noſtris non obtemperare pręceptis auſus fuerit, & abſque iuſta cauſa Pueros, Puellaſquè quolibet Dominico die, & ſecundis Ferijs Reſurrectionis, & Pentecoſtes, chriſtianis pręceptis imbuere neglexerit; pecuniaria pœna a Nobis, vel Noſtro Vicario taxanda, in pioſquè vſus eroganda, punietur, leuiori pro prima vice; at ſecunda, & tertia vice grauiori. Quòd ſi quatuor continuis vicibus, vel octo interpolatis in anno ſine iuſta cauſa a Nobis, vel Vicario noſtro approbanda, miniſterio huic ſatisfacere contempſerint; ipſo facto ſuſpenſionem a Diuinis Nobis reſeruatam incurrant.

6 Sciant quoq; Confeſſarij, Parentes, qui neq; ipſi per ſe (ſi huic apti ſint muneri) Filios ea, quę ad ſalutem ſunt neceſſaria, edocent; neq; per alios, neq; eos in Eccleſiam, vbi poſſint erudiri, mittere ſatagunt; in peccato mortali vitam trahere, & niſi eos huius pœniteat ſceleris, abſolutionis eſſe incapaces. Quapropter Parentes, Tutoreſue tantę obligationis Confeſſarij reddant certiores, atque interrogent eos, An huic ſuę ſatisfaciant obligationi: & aliàs monitos, emendationemq; detrectantes nequaquam abſoluãt. Inſuper Parochi, ſi quempiam, cui Pueros educandi incũbit cura, in hoc incurium inuenerint; Nobis detegere feſtinent: vt tam graui malo remedia adhibere poſſimus.

7 Sacerdotes, qui in aliquibus ruralibus Miſſam celebrant Eccleſijs qualicumque per annum feſtiuo

die;

dic; rusticis, ouiumquè pastoribus, qui Missam ibi audientes ad Ecclesias Parochiales non accedunt, Doctrinæ christianę dilucident dogmata, & de pertinentibus ad salutem eos erudire non negligant. Quòd si hoc tam necessarium pietatis officium, & misericordię opus omiserint; nostrum erit eos paternè, grauiterquè corripere.

8 Concionatores diuinam vltionem enuncient tum Patribusfamilias, tum Dominis, qui (nulla, aut nimis parua adhibita diligentia) omnem rationem non ineunt, vt sui liberi, famuliquè christianam Doctrinam addiscant: his verò, quos in famulatu habēt, festiuis saltem diebus tantùm vacui temporis indulgeant, & concedant, quo in Ecclesias, vbi Doctrina Christiana traditur, conuenire possint. Quolibet mense publicentur Indulgentię concessę Societati Doctrinę Christianę in Congregatione, quę ad sancti huius operis incrementum fieri debebit. Vtquè Pueri, & Puellę frequentiùs accedant ad percipiendas debitas eruditiones tempore, quo in Fidei rudimentis instruuntur; debeant Parochi tradere notulā Officialibus Doctrinę Christianę cum nominibus dictorum Puerorum, ac Puellarū, ex qua percipi possint negligentes, Parentesquè moneri, vt eosdem compellant ad spirituale pabulum assumendum.

9 Itaque, ne ex Operariorum culpa tam pium, ac salubre minifterium retardetur; strictè pręcipimus, vt omnes Clerici in minoribus Ordinibus constituti

opus

opus ſuum ſedulò prę ſtent, vt Pueri benè compoſiti interſint. Diaconi verò, & Subdiaconi prę ſto ſint Parochis, & Doctrinam Chriſtianam a Nobis traditam ad litteram Pueros doceant: ſciantquè ad ſuperiores Ordines non eſſe per Nos promouendos, ſi tale opus (de cuius exercitio per fidem Parochi iuratã certiores Nos reddi volumus) neglexerint. Ludi autem Magiſtri ad Eccleſiam pariter accedant, vt ſuos Diſcipulos, quos negligentes, & inobedientes ſuper hoc repererint, redarguant, & obedientes reddant, & opus ſuum prę ſtare non recuſent. Cumquè omnis labor ſuum optet prę mium; volumus in qualibet Parochia, vigore Apoſtolicę facultatis Nobis conceſſę, Sodalitates erigi, vt ſpirituales Indulgentias lucrentur; & Confratres in prę cipuo libro a Parocho deſcribi, & quotannis Officiales, videlicet Priorem, & duos Magiſtros pro Maribus, Prioriſſam, & duas Magiſtras pro Puellis eligi, a quibus ſeiunctim erudiantur, vt magis glorificetur vnus Deus, & Pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.

Leo X. Conſt. 7. §. 32. Supernæ. Beatus Pius V. Conſt. 137. ex debito. Greg. XIII. Conſt. Vniu. Paulus V. Conſt. 36. ex credito.

De Verbi Dei Prædicatione. Titulus III.

1 Regulares, quicumque ſint, Apoſtolicę Cõſtitutionis Gregorij Papę XV. quę incipit, *Trid. ſeſſ. 5. cap. 2.*

In-

Inscrutabili Dei Prouidentia, anno 1622. emanatę meminerint, qua ipsis pręcipitur, vt in Ecclesijs suorum Ordinum prędicare volentes, se coram Nobis pręsentare teneantur: in Ecclesijs verò, quę suorum Ordinum non sunt; nullo modo sine nostra licentia prędicare possint, & in Ecclesijs Ordinum suorum petita priùs benedictione. At contradicentibus Nobis, nemo etiam in suorum Ordinum Ecclesijs concionari pręsumet, ex eadem Constitutione ad tenorem alterius nouissimę Constitutionis emanatę a Clemente X. 11. Calendas Iulij 1670.

Const. 7. Superna.

2 Qui prędicandi funguntur officio, maximè caueant, ne quod pręceptis ędificant, id vita, & moribus destruant, ne cùm alijs prędicauerint, ipsi reprobi efficiantur.

3 Neminem verò paupertatis nomine populo commendent, nisi testimonium a Nobis probatum is attulerit.

4 Concionator in Ciuitate sine scripta Episcopi licentia pecunię collectam inter concionandum non proponat, faciendamue curet, aut permittat: & in Diœcesi itidem sine Vicarij foranei licentia id non audeat. Liceat tamen Concionatoribus Regularibus in suis Ecclesijs absque aliqua Episcopi licentia sua Monasteria populo commendare.

5 Neq; Concionatori eleemosynę causa, vel nomine seipsum commendare licitum sit: ab alijs tamen pijs, & honestis Viris ea de causa (si ita Nobis vi-

videbitur, & de nostra in scriptis obtinenda licentia) conquiri, & colligi vetitum non erit, prædicationis officio, aut tempore iam expleto.

6 . Concionatores, præsertim in pagis, oppidis, ruralibusquè nostræ diœcesis Ecclesijs, meminerint non opus esse populis audire scholasticas subtilitates, vel amænitates ingenij, conceptuumue acumina curiosas oblectantia mentes: sed cùm duo præcipuè mala humanum genus inficiant, ignorantia videlicet intellectus, & procliuitas affectiuæ partis ad malum; & cùm ignorantia mysteriorum fidei, virtutum, vitiorumquè rudiores inter homines plurimùm præualere sit notum; idcirco ad hanc metam suas conciones dirigere fidelissimè satagant, vt principalia fidei mysteria e suggesto iusta populi captum enarrent; vitiorum conditiones, & prauitates enuncient, virtutum actiones, praximquè declarent; probatisquè doctrinas confirment historiarum exemplis. Qui aliter se gesserint; præter vltionem æterni Iudicis, nouerint nullum deinde aditum ipsis ad hoc concionandi peragendum munus in hac Diœcesi fore patefaciendum.

7 Ne saluberrima inter diuinæ prædicationis tẽpus iam inducta consuetudo, distinguendi scilicet loca Virorum, Mulierumquè, concionis audiendæ gratia accedentium, præ negligentia, vel praua humana affectione aliqua intermittatur; districtè præcipimus, vt in omnibus Ecclesijs, in quibus Verbi Dei prædicatio haberi consueuit, opportuna sæpi-

menta tum in Vrbe, tum etiam in Diçcesi apponantur; quibus viri a mulieribus (ad prçscriptum litterarum Sacræ Congregationis negotijs Episcoporum, & Regularium præpositæ) omnino separentur.

8 Pro Fidelibus Defunctis religiosas ad Deum preces effundere, vt a peccatis soluantur, officium est vtique sanctum, atque omni christiana plenum charitate. Quamobrem in Ciuitate, ac Diçcesi Concion atores quadragesimali tempore de pçnis Purgatorij habere quotannis concionem non omittant, atque in ea piorum legatorum, & oblationum Debitores de periculo animarum suarum, dequè pœnis contra eos per Sacrosancta Concilia comminatis, vehementi ardore commoneant. Præcipua tamen Parochorum cura, & zelo eleemosynas, hac de causa colligendas, in celebrando pro ijsdem Defunctorum Animabus officio, maiori (quoad fieri poterit) Missarũ numero erogandas esse, volumus, & declaramus.

9 Eleemosynas in Cathedrali occasione prçfata elargitas ad suffragandas purgantes Animas, volumus integraliter deuenire ad manus Canonici Sacristæ maioris, qui reprçsentando Nobis summam dictarum eleemosynarum, recipiet normam distributionis faciendç, prout Nobis magis conuenire, ac expedire videbitur. In Ecclesijs verò Parochialibus nostrç Diçcesis recipiantur, & distribuantur eleemosynç prçfatç a Parochis, habito semper respectu ad tutam, & celerem Missarum satisfactionem: cuius

post

poſt bimeſtre certiorem omnino faciant D. Canonicum huius Cathedralis Deputatum ſuper legatis, & relictis pijs, ſub pœna duplicandi miſſas non celebratas, in quam incident etiam non adimplentes intra dictum bimeſtre, & alijs arbitrio noſtro.

10 Aduertant Concionatores ad præciſam formam de modo concionandi traditam per litteras tranſmiſſas locorum Ordinaris de mandato SS. D. D. Clementis Papæ X. & INNOCENTII PP. XI. *in fine Synodi regiſtrandas*, quarũ tenorẽ omnino ſeruent. Quòd ſi Parochi defectum in aliquam ex conditionibus in dictis litteris contentis in Concionatore recognoſcant, teneantur Nobis feſtinanter denunciare, vt de opportuno remedio prouidere poſſimus. *Clem. X. die* *Innoc. XI. die*

11 Noctis tẽpore cõciones nõ fiant: & concio de Paſſione Fer. quinta Maior. Hebdomadę habeatur de ſero hora cõpetenti, itaut finiatur ante tenebras; vel feria ſexta ſũmo mane, dũmodò tamẽ dies illuceſcat.

12 Dum prædicatur Monialibus; ſit clauſum oſtium Eccleſiæ, nec detur ingreſſus, nec interueniant Seculares cuiuſcumque ſexus, præſertim tempore Aduentus, & Quadrageſimæ.

13 Volumus præterea, vt Eccleſiarum Rectores, ſeu Plebani in ſuis ſinguli Parochijs, tam ex Viris, quam ex Mulieribus Societatem vulgò *del cento* dictam, vbi non viget adhuc (prout loci magnitudo, populiquè numerus patitur) quàm primũ inſtituendã omnino ſatagant, & procurent.

De Hæreticis, & Superſtitioſis. Tit. IV.

1 MAndamus vt Plebani, & Vicarij Foranei inuigilent, ſeduloquè perquirant, an Hęreitci, Schiſmatici, Apoſtatę, aut alij de his ſuſpecti in eorum ditionibus reperiantur: & ſi quos inuenerint; ad nos ſtatim deferant: diligentiam quoquè, & curam pręcipuam impendentes circa eos, qui ſe nuper ad Fidem conuerſos profitentes, ad quęſtum captandum diuagantur.

2 Pręterea nouerint, quòd omnes, non ſolùm hęreticos, verùm etiam de hęreſi ſuſpectos tenentur ſub anathematis pœna Nobis, vel Sancto Officio per viam iudicij denunciare, prout latiùs in Decreto de hac materia in fine apponendo: & qui conſcius non obtemperauerit; ſacramentali abſolutione carebit. Denunciatoribus tamen legitimè impeditis, vel ſi aliqua Mulier honeſta fuerit; Vicarius Foraneus ad nos referat: quia prouidebitur.

3 Superſtitio non longè diſtat ab hęreſi, quę non rarò Simplicium animos ſub ſpecie recti ad falſum cultum inducit: ideo mandamus, & diſtrictè pręcipimus, vt omnes a maleficijs, incantationibus, ſortilegiis, ac cęteris quibuſcumque ſuperſtitionibus tamquam a nefario contagio abſtineant: Concionatores verò, & Parochi contra huiuſmodi tam iniqua flagitia ſępiùs clamare non ceſſent.

4 Ne-

4 Nemo audeat superstitionibus, vel incantationibus, diuinationibusue, seu sortilegiis abuti, vel pro corporis recuperanda salute, vel pro futurarum, dubiarumue rerum habenda notitia, vel pro amissis rebus reperiendis, vel pro tempestatibus effugandis, tollendisue maleficijs sub pœna excommunicationis Nobis reseruatę ipso facto incurrendę, alijsquè a Sacris Concilijs, & Canonibus impositis, & nostro arbitrio imponendis.

5 Strictè pręcipimus, vt quilibet Parochus quolibet anno bis, scilicet infra Missarum solemnia primę Dominicę Aduentus, & Quadragesimę, Decretũ in fine Synodi ponendum contra Hęreticos, vel quocumque modo de fide suspectos, & contra superstitione fœdatos frequentiori Populo legere non omittant. Idemquè Decretum in cuiuscumque parochialis Ecclesię Sacrario affigi iubemus.

6 Libri, atque alię quęcumque scripturę, siue impressę, siue imprimendę, siue manuscriptę, incantationes, sortilegia, magias, aut alia huiusmodi continentes, quę penes quoscumq; per Curiam fuerint deprehensę; per acta Inquisitionis in atrio Cathedralis Ecclesię comburantur iuxta sacrarum Constitutionum sancita.

7 Ad hæc mandamus, vt nemo imprimere, seu imprimi facere libros prohibitos audeat; immo nec libros cuiuscumque generis, etiam non prohibitos, & scripturas quascumque absque nostra, seu personæ

a Nobis

a Nobis designatę, & Inquisitoris pro tēpore approbatione, & licentia in scriptis obtenta.

8 Bibliopolæ, si in nostram Ciuitatem, vel Diœcesim aduenerint; omnium quos deferunt librorum notulam in nostra Episcopali Cancellariā omnino exhibeant; nec sine nostra, vel Vicarij Nostri Generalis in scriptis obtenta licentia libros sub pœna amissionis eorumdem exponere audeant.

9 Et sub pœna excommunicationis latæ sentētiæ Iudicibus, ac Notarijs iniungimus, ne ea, quæ ipsi iudicialiter nouerint ad Fidem pertinentia, cuiquam adaperire audeant. Acta verò omnia in causis Fidei gratis per Notarios conficiantur, atque tradantur; salua tamen conuenienti pro conscribendis Reorum defensionibus mercede.

10 Quoniam verò de Sacrorum Canonum præscripto Episcopus quicumque in sua Diœcesi anno quolibet Edictum publicè proponere tenetur, atque omnes, & singulos monere in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ iubere; vt si eorum quispiam sciat Hæreticos, aut de hæresi Suspectos, aut qui verba hæreticalia protulerint, aut qui hæreticorum libros, & scripta prohibita legunt, vel apud se habent, aut Magos, & Sortilegos, ac Maleficos, & superstitiosas personas, illos omnes, & singulos ipsi Episcopo, vel Inquisitori denuncient: ideò nos ijs sacris Sanctionibus inhærentes, Edictum vulgari sermone expressum in fine huius

Syno-

Synodi apponi volumus. Iubentes, ac præcipientes omnibus, & singulis Ciuitatis, ac Diœcesis Parochis, vt iuxta Sacræ Congregationis Sancti Officij in Vrbe consuetudines, ter quotannis in vna scilicet Aduentus, & in alia pariter Quadragesimæ Dominica die, atque in solemni SS. Corporis Christi celebritate promulgent, adstante populo frequentiore.

11 In virtute sanctę obedientię pręcipimus Parochis, vt publicè, priuatimquè Populum admoneant, quę sint, & quàm fugiendę huiusmodi superstitiones, inanesquè temporum, rerum, numerorum, gestorumquè obseruationes, & quarumdam recitationes Precationum, a morbis, periculis, mortibus repentinis, alijsquè malis certam promittentium liberationem. Doceântquè insuper, quàm detestabilis sit vsus quarumdam scripturarum, incognita nomina, caracteres, circulos, triangula, aliasquè figuras inaniter continentium. Quę cuncta, cęteraquè talia nil aliud sunt, quàm diaboli inuentiones, homines suimet amatores fallere, & in infernum rapere satagentis. Tonent, & fulminent contra hęc impia crimina Concionatores, & Parochi, & sese emendare nolentes, Nobis reuelare festinent.

De Blasphæmis. Titulus V.

1 Non sinè pergrandi animi nostri mœrore audiuimus, homines (& persępe viliores) quos

omni-

omnipotens Deus ad sui imaginem creauit,tam sacrilegos & audaces effici; vt illud Sanctum, & terribile Dei Nomen,quod ter Sanctũ Cęlites colunt,& Inferi reuerentur;in terris furiali ore blasphœmẽt. Heu quã improbę malitię procacitas inoleuit, vt tot, tantorumq;beneficiorum immemor,mala reddant pro bonis! Nec adhuc satiata etiã purissimam, ac beatissimã Virginem homines cõtumeliosis verbis audẽt deturpare, nec non in Sanctos conuincia iactant. Ideo tãta iurgia, malaquè pro viribus nostris ablaturi curabimus,vt ij,qui suę cõscientię consulere negligunt,saltẽ formidine pœnę a tanto malo de cętero abstineãt. Nos igitur detestabiles blasphœmiarũ reos in Deũ, & IESVM Christum, Beatissimam Virginem,ac Sanctos maximè detestantes, ne tam flagitiosa labe eorumdem conscientias magis de die in diem aggrauent, ac aliorum inficiant; intendimus, eosdem subijcere Sacrorum Canonum Constitutionibus, maximè verò Beati Pij V. quam Constitutionem perlegi inter Missarum solemnia quotannis mandamus Dominica prima post Epiphaniam.Sciant itaque omnes, Nos non minùs præfatis sacrarũ Sanctionum Constitutionibus, quàm Pastoralis officij nostri debito inhærentes,grauissimum adeo scelus impositis etiam (si opus fuerit) publicis pœnitentijs acerrimè punituros, Reosq; ineuitabili pœna futuros esse plectendos.

2 Quarè si quis quempiam audiuerit, Deum, ac IESVM Christum, & Beatissimam semper Virginem,

vel

vel Sanctos blaſphemantem; eum omnino denunciet, canonicas pœnas ſubiturum.

3 Et quidem ſi blaſphemans Deũ, IESVM Christum, ſeu Beatiſſimam Virginem Clericus fuerit; pro prima vice annuis beneficij fructibus priuabitur: pro ſecunda beneficium ipſum amittet: pro tertia denique ad aliorum beneficiorum acquiſitionem erit inhabilis. Si verò Eccleſiaſticum beneficium non obtineat, & poſſideat; prima vice ſcutorum quinquaginta pœnam, vel aliam corporalem congruam luet: ſecunda in carceribus per annum detinebitur: tertia ad triremes damnabitur.

4 Si autem Laicus fuerit blaſphemus vt ſupra; prima vice ſcutis vigintiquinque: ſecunda quinquaginta: tertia centum mulctetur, applicandis vt infra, ac ignominioſa pœna inſuper affectus in exiliũ compellatur. Et quatenus ſoluendo non ſit; prima vice manibus poſt terga reuinctis ante fores Eccleſiæ per diem feſtum integrum conſtituatur: ſecunda autem vice per Ciuitatem ignominiosè fuſtigabitur: tertia deniq; illius lingua priùs perforata, ad triremes damnabitur. Si quis autem blaſphemus fuerit contra Sanctos; arbitrio noſtro puniatur iuxta qualitatem delicti pœna pecuniaria pro bis tertia parte locis pijs, & pro alia tertia accuſatori applicanda: & ſciant, quod hiſce in cauſis procedetur non ſolùm per accuſationem, & inquiſitionẽ, ſed etiam per denunciationem ſimplicẽ, & ſecretã, iuxta formã traditã in dicta Bulla B. Pij V.

De Libellis Famosis. Tit. VI.

1 EXecrabile quidem Libellorum famosorũ est facinus, tũ quia proximi denigrat, aufertquè famam, quæ iure meritò inæstimabilis est; tum præterea quia alia exinde scelera, peccata, & mala proficiscuntur. Quare volentes (quantùm in Nobis est) vt a Ciuitate, & Diœcesi nostra (sicubi est) eliminetur, & omnes ab huiusmodi perpetrando flagitio deterreantur; statuimus, atque sancimus, eos (quicumque ij sint) qui libellos famosos scripserint, dederint, diuulgauerint, composuerint, dictauerint, explanauerint, retinuerint, consuluerint, transmiserint, vel publico in loco exposuerint; excũmunicationis pœnam latę sententię, Nobis absolutione reseruata, statim subire: nec non alias inflictas a sacris Canonibus, & Legibus, ac signanter a Summis Pontificibus Pio V. & Gregorio XIII. in eorum Constitutionibus super hoc editis, quę in fine huius Synodi exprimẽtur.

2 A qua quidem excommunicationis pœna Reus absolui non poterit; nisi fama priùs, & honore ijs, quibus malitiosè detraxerit, restituto pro arbitratu Nostro in alterius libelli famę restitutoris expositione, refectoquè damno, si quod passus fuerit Diffamatus.

De sacris Sanctorum Reliquijs. Titulus VII.

IN sacris ostendēdis Reliquijs, volumus vt plura succendantur lumina; ac insuper thurificationes, nec non statutę precum recitationes, alijquè [sol]emniores ritus, vt decet, per Sacerdotem pluuiali [a]ut saltem superpelliceo, & stola, ac Ministros su[pe]rpelliceis pariter indutos honorificè, & reuerenter [ad]hibeantur. Si verò publicè ad venerationem ex[p]oni illas contigerit; duo saltem luminaria semper [ar]deant, & Clericus superpelliceo (vt diximus) ami[ct]us ad custodiam assistat.

2 In loco autem vna, & si fieri potest, duabus [m]unito clauibus fideliter asseruentur inclusę. Neque [n]ullus, vel etiam quid minimum ab eis auferre, sub [p]œna excommunicationis ipso facto incurrendæ, au[d]eat & præsumat.

De sacris Imaginibus. Tit. VIII.

1 IMagines illorum, qui nondum a Sede Apostolica, vel Sanctorum, vel Beatorum numero sunt adscripti cum laureolis, splendoribus, radijsquè non exponantur, neque ad eorum sepulchra accendātur cerea, nec votiuę tabellę appendātur; nec quidquam, quòd miraculum sapiat, inscribatur, Sacra Cō-

 gre-

gregatione S. Officij ex Decreto Vrbani VIII. iussu 13. Martij 1625. emanato id strictè prohibente.

2 Parochi, & alij, qui Populum docendi munus in Ecclesia quouis modo sustinent, Fidelibus quęcũque de Sanctorum intercessione, illorumquè sacrarum Imaginum veneratione sacrosancta Tridentina Synodus Sess. 25. in decreto *de inuocatione Sanctorum, & sacris Imaginibus* demandauit, accuratè quidem declarent, & exponant.

3 Sacrosanctæ Crucis signum ne humi exprimatur, etiam intra Ecclesiarum parietes, eoquè magis ne sordidis in locis ad arcendas indè immunditias id fiat, expresse interdicimus. Sacræ item aliæ Imagines, ac Sanctorum, Sanctarumquè historiæ, sacrorumue Mysteriorum ne immundis in locis sculpantur, vel pingantur, insimul prohibemus.

4 Iniungimus etiam Vicarijs foraneis, & Parochis, vt inuigilent super restaurationem sacrarũ Imaginum ad formam litterarum emanatarum de mandato Clementis X. inferen. in fine præsentis Synodi.

5 Cùm verò ad sacrorum Templorum ornatum adhibere ea, ex quibus Fideles non modò ad religionem non excitantur, at in fœdas potiùs, turpesquè cogitationes feruntur, nimiùm a christiana pietate sit alienum; propterea interdicimus, ne quis ad illa exornanda quibusuis supellectibus vtatur, quæ obscœnis figuris intexta conspiciantur. In vijs autem, quo tempore Supplicationes, vel aliæ publicæ habentur Pre-

ces

ces, pro earumdem apparatu ea, quæ obſcœnitatem pariter, vel indecorem præſeferunt, nunquam adhibeantur.

6 Denique in pingendis ſacris Imaginibus, ſicuti curandum quidem eſt, vt cuius imago exprimenda eſt, ſimilitudo (quoad fieri poteſt) efformetur; ita cauendum decernimus, ne alicuius viuentis, vel iam mortui hominis, vel mulieris effigies, aut inſignia repræſententur, vt Sanctus, vel Sancta exprimatur.

De ſacris Ritibus. Titulus IX.

1 CVm in die omnium Fidelium Defunctorũ Commemorationis ex more chriſtiano ad pietatem Populorum erga Mortuos promouendam Cenotaphia in medijs Eccleſijs excitari cõſueuerint; quoniam aliquo irrepente abuſu ab imperitis ibidem inutilia, & vana quandoque collocantur, quæ riſus perſæpè cieant; propterea volumus, & diſtrictè ſancimus, vt in ipſis cenotaphijs præter faces, & modeſtè depictas Mortuorum caluarias, aut aliquas ad rem ex Sacra Scriptura deſumptas ſententias, nihil omnino aliud ampliùs exponi de cætero poſſit. Et qui huic Decreto parere detrectauerint, grauiſſimis arbitrio Noſtro pœnis infligendis certò ſciant ſe fore mulctandos.

2 Præterea cùm in deferẽda Sanctiſſima Euchariſtia ad Infirmos multoties accidat, homines pios qui-

quidem, ſed pauperrimos, nec debita veſtium munditie indutos accedere ad haſtas Vmbellæ, ſeu Baldachini geſtandas; vt poſthac, qua maiori fieri poteſt decentia id muneris præſtetur, qui haſtas huiuſmodi gerent, ſacco induti omnino ſint ex ijs, quibus vtitur ea Confraternitas, cuius intereſt aſſiſtere huic miniſterio, & pro eo neceſſaria parare. Mandamus proinde, vt eædem ſingulæ Societates quatuor ſaltem (niſi pluribus opus ſit) ſaccos ad hunc tantùm vſum paratos ſemper habeant; quos alias ob cauſas Confratribus induendos præberi vmquã poſſe nolumus, & diſtrictè vetamus.

3 Moneant Parochi pręgnantes mulieres, vt cũ in nono menſe vterum portant, omnino peccatorum confeſſione ſeipſas expiare non negligant.

4 Puerperis verò poſt editam prolem in Eccleſia tantùm benedictio impertiatur: domi verò nequaquam; etiamſi ob aduerſam valetudinem Eccleſiam adire nequeant.

5 Hæc autem Benedictio a ſolo Parocho, vel de eius licentia ab alio Sacerdote impendatur.

De diebus Feſtis, & Ieiunijs. Titulus X.

1 VT religioſiùs vniuſcuiuſque Parochiæ Incolæ feſtum diem colant illius Sancti, Sãctæue,

ctæue, cuius patrocinio Parochialis ipsa Ecclesia dicata est; pijs cohortationibus, paternisq; verbis Populo suadeat Parochus, vt pridie illius diei festi deuotionis reuerentisquè animi gratia ieiunare velint; ob oculos eisdem ponendo, quàm ipsimet Patrono aliquid abstinentiæ eo diè gratum foret. In Domino præterea vehementiùs moneat, vt pietatis christianę officijs, debitaq; veneratione ipsius Sancti festum celebrent sub præcepto, omni prorsus seruili opere intermisso; animo piè repetentes, vt sicut ille gloriosus regnat in Cælis, ita pro ijs, quorum patrocinium suscepit, diuinam nō desinit implorare misericordiã.

2 Corruptelam illam, seu abusum vtique prauũ (si adhuc aliquibus in locis retinetur) quo scilicet Kalendis Maij (qua die celebritatem SS. Apostolorum Philippi, & Iacobi consecratam martyrio veneramur) frondescentes arbores incisę prope ipsas Ecclesias, & in eorum conspectum eriguntur, ibiquè ludicra quædam spectacula profano clamore, nec nō multiplici strepitu peraguntur, exturbare, & penitus bacchanalia huiusmodi eliminare, ac vetita omnino esse volentes, mandamus Parochis omnibus, vt in posterùm eas arbores prope Ecclesias excitari in suis Parochijs nullo modo permittant. Si qui verò secus facere attentauerint, Nobis denunciabunt acriter puniendos.

3 At quoniam vsus præcurrendi festiuitatum alicuius Ecclesiæ solemniorum diem festiuum pulsatio-

tione campanarum, in importabilem nimietatem excreuit, grandia vicinis domibus tædia, & impatientiæ murmura, Infirmisquè non leuia damna gignentem, absque vllo fructu ædificationis in cæteris; idcirco mandamus, vt solummodò tribus solemnitatẽ prçcedentibus diebus festiua, & moderata possit, neque in totum horam excedens campanarum pulsatio exerceri. Inobedientes arbitraria Nobis pœna sciant se esse plectendos.

4 Et quia nõ penitus adhuc abusus euanuit, quo vigente D. SEPTIMII festus dies, olim per Eminentiss. CYBO de præcepto in sua Synodo declaratus, a quibusdam negligitur, debitoq; cultu priuatur, non recolentibus tot, tantaquè sanctissimi huius Præsulis beneficia, qui nostrã in Ciuitatẽ primus inuexit fidẽ, quam proprio rigauit sanguine, nosquè modò tuetur in cælis; quapropter ad omnium notitiam strictam huius prçcepti obligationem, & obseruantiam deducimus, & respectiuè iubemus sub pœna vnius aurei inobseruantibus: & ita in posterùm seruari omnino volumus, & mandamus.

5 Licèt Sancta Mater Ecclesia piè, ac religiosè admodùm mandauerit, omnes Christifideles teneri singulis Dominicis, alijsquè festis diebus Venerabilissimo Missç Sacrificio interesse, attamẽ quia ad Nostras peruenit aures, Puellas, posteaquàm per sponsalia de futuro desponsç fuerint, toto eo tempore quò in Ecclesia matrimoniales habentur denunciationes,

ac deinde ad diem vſque matrimonij contrahendi, domi conſueuiſſe manere, neque ad Eccleſiam vllam pro Miſſa ibidem audienda accedere; huic morbo mederi cupientes, Puellas huiuſmodi monemus, vt omnibus Dominicis, alijſquè de pręcepto feſtis diebus pia animi attentioneSacro intereſſe non omittãt: etenim ipſęmet Puellę, earumquè Parentes ſcire debent, a lethali culpa minimè quidem pręſumptę conſuetudinis pętextu excuſari, quam Nos(vtpote abuſum) irritam facimus, & abrogamus. Parochis verò iubemus, vt corruptelam hanc, in perniciem animarum inductam, penitus curent euerti. Quod, vt faciliùs fiat, volumus vt contra inobedientes monitionibus acriter inſurgant,& a denunciationibus matrimonij ab hiſce mulieribus contrahendi abſtineãt, niſi paruerint.

6 Mandamus prætereа, vt in publicis vijs, quibus ad Eccleſias deuotionis cauſa Chriſtifideles proficiſci ſolent & reuerti, rotula, vel caſeo, ſiue ligneis globulis ludere pręcipuè diebus feſtis nemo audeat ſub pœnis, quæ in Edictis noſtris in fine Synodi ponendis continentur.

7 Parentibus, & Dominis iubemus, vt filios, vel famulos non modò, ſancto Miſſæ Sacrificio diebus feſtis adeſſe, non impediant; verùm eoſdem ad pium hoc opus compellant, memores non ſui dumtaxat, ſed omnium pariter ſibi ſubditorum omnipotenti Deo rationem ſe eſſe reddituros.

Seß. 24. capit. 4. de Reform. 8 Sicuti ex Sacro Tridentino Concilio tenētur Episcopi per se, vel per alios in Ecclesia sua saltem omnibus Dominicis, & solemnibus diebus festis diuinam legem Populis annunciare, & in alijs Dioecesis Ecclesijs per Parochos, vel per alios eorum impēsis; sic reciprocum Populorum munus esse debet ad audiendum Dei Verbum festiuis hisce diebus accedere. Monemus itaque, & obsecramus in Domino Oues nostras, vt hoc Animarum pabulum spiritaliter saginandæ frequentare non cessent. Etenim si *Thr. c. 4.* dirum diuinæ Iustitiæ flagellum est, quòd Paruuli petant panem, & non sit, qui frangat eis; ita inexcusabile humanæ socordiæ scelus est, si Verbi Dei panem frangentibus Animarum Pastoribus, Paruuli accedere negligant. Nulla ignorantia excusabit homines, qui potuerunt audire verba salutis, & noluerunt.

9 Quò verò ad ieiunium, sciant cuncti post cōpletum ætatis suæ annum vigesimum primum ad præscriptam ieiuniorum obseruantiam se constringi, nisi quadam rationabili, vrgentiquè causa per Medicum, & Confessarium approbandam excusentur.

10 Ipsis ieiuniorum diebus iuxta temporum vicissitudines in Cathedrali Ecclesia, atque etiam in Parochialibus, competenti hora congruum meridiei tempus campanæ sonitu significetur. Prohibemus autem quibuscumque tam secularibus, quàm Regularibus Ecclesiarum administris, ne meridiei signum intempestiuè accelerantes, ieiunantium men-

tes,

tes, & animos decipiant, quos gulæ auiditas vtinam non deciperet.

11 Et quoniam si cor sceleribus pastum, pollutũquè sordescat, parùm ieiunia prosunt; Christifideles ieiuniorum temporibus præsertim vt noxias deuitẽt voluptates & vitia postulamus.

12 Qui quadragesimali tempore dispensantur ob solam ciborum qualitatẽ sexta feria saltẽ ac Sabbato, omnino ieiunent a carnibus abstinentes: & ad hoc a Parochis ac Medicis astringantur.

De Sacramentis in genere. Titulus XI.

1 CVm in nostra generali Visitatione libros, in quibus Parochi Baptizatos, Confirmatos, Contrahentesquè Matrimonia, & Defunctos describere debent, nec rectè, nec fideliter custoditos inuenerimus; nonnullosquè ex illis, quos Antecessores adhibuere, haud reperiri, vndè magnum quidem exoritur detrimentum, sæpissimè enim haberi non possunt testimonia Defunctorum, Baptizatorumquè, aut aliorum, quæ ab ipsis Antecessoribus administrata fuerunt, Sacramentorum; Ideo præcipimus, & mandamus, vt in posterùm librorum eorumdem trãsumptum manu Parochi descriptum quolibet triennio in Episcopalis Curiæ Archiuio exhibeatur, inibi

afferuandum, ſub pœna ſcutorum quinquaginta, Locis pijs applicandorum.

2 Sacramenta Eccleſiȩ non tantùm abſque ſimoniæ labe, verùm etiam ſine auaritiæ ſuſpicione ſunt Populis præbenda. Caueant propterea Parochi, ne vnquam in illorum adminiſtratione quidquam exigant, aut quoquo modo directè, vel indirectè expoſcant.

3 Mulieres non admittantur ad Sacramenta, niſi velato capite, opertoquè pectore, modeſtoq; habitu, ac compoſito corporis geſtu accedant. Quȩ diſcoopertæ aduenire præſumpſerint, eas a Confeſſarijs audiri & a Sacerdotibus communicari, vel deſponſari debere, firmiſſimè prohibemus: niſi eas facti pœniteat,& pectus non tranſparenti velamine obtegant. Viri Sacramenta recepturi, arma deponant.

4 Parochi,vel quoquo modo Animarum curam habentes, quacumque diei, vel noctis hora fuerint euocati ad miniſtranda Infirmis Sacramenta; prompto accedant animo. Quòd ſi quiſpiam, eorum culpa, ſinè Sacramentis obierit; decem aureorum pro prima vice pœna mulctabuntur: & grauiùs in denuo delinquentes animaduertemus.

5 Ægrotos Parochi etiam non vocati inuiſant; vt ad Sacramentorum ſuſceptionem inducant, & Moribundis adſtare tremendo in agone non negligant.

De

De Sacramento Baptiſmi. Titulus XII.

1 QVamuis baptizandi munus ad ſolos Parochos pertineat; attamen ex perpetua Eccleſiæ traditione conſtat, quemlibet neceſſitate vrgente huius Sacramenti idoneum eſſe Miniſtrum. Quare frequenter Populum docebit Parochus, hac vna, & non alia prorſus, nec in minimo quidem aucta, vel diminuta vtendum eſſe verborum forma, nimirùm, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*. Docebit præterea, naturalem aquam eſſe adhibendam, verbaq; eo tempore, quo infantis caput aqua aſpergitur, diſtinctè à Baptizante eſſe pronuncianda. Admonebit etiam, ſeruandũ eſſe hunc ordinem, vt ex adſtantibus Sacerdos Diacono, Diaconus Subdiacono, Subdiaconus Clericis inferioribus, & inter Laicos in hoc miniſterio Viri Fœminis præferantur.

2 Parochus autem, cùm primùm nouerit ante fores Eccleſiæ delatum eſſe infantem aliquem, diligenter inquirat, priùs quàm illum baptizet, an ſcilicet antea domi baptizatus fuerit, & an debita ſit ſeruata forma. Quos verò domi fuiſſe baptizatos compererit, iterùm non baptizet: ſed Cathechiſmum, preces, atque cæremonias, vt num. 6. Tituli Decimi di-

dictum fuit, adhibeat. Quòd si rei perquisita veritate, dubium sit, an Infans fuerit baptizatus, tunc illum sub conditione baptizabit his verbis. *Si non es baptizatus, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.*

3 Quòad Infantes expositos & proiectos illud etiam admonemus, vt si argumenta inueniantur, per quæ certò constet eos non esse baptizatos; eo casu absque vlla hæsitatione, & nulla apposita conditione baptizari debent. Si verò nonnulla signa habeant, vel collo appensum scriptum, asserens infantulum baptizatum fuisse, nihilominùs (si re diligenter perquisita illum baptizatum esse alia ratione non constet) sub memorata conditione, *Si non es Baptizatus &c.* baptizetur omnino. Quòd si in ea testimonij schedula sit nomen adscriptum, quòd infanti in baptismo impositum fuisse affirmetur; idem ipsi nomen imponatur, & conseruetur schedula, & cuncta hæc a Parocho in baptizatorum libro scribantur. Parochi non exerceant officium baptizandi ante solis ortum, nec post occasum, nisi aliqua rationabilis vrgeat causa, postea Nobis denuncianda.

4 In leuando Infantem de sacro Fonte in solemni Baptismo, oportet vt qui baptizandum suscipit, sit vnus tantùm, siue Vir, siue Mulier, vel ad summum duo, vnus, & vna. Duos Viros, vel duas Fœminas admittere, sacris Sanctionibus sciant esse prohibitum. Ad quod munus hortamur, vt illi eligantur potiùs,

tiùs, qui animæ consulere, quàm qui subuenire possint inopiæ, & qui sese in Parentum defectu Pueros in fide christiana erudire obligatos esse, seriò animaduertant.

5 Ab officio Patrini arcemus (præter supra allatos) Clericos omnes in sacris constitutos (nisi quis a Nobis licentiam obtinuerit) cuiuscumque status, ac prærogatiuæ sint; ne, antiquo hoste suggerente, occasione spiritualis cognationis ad periculosam cũ Commatribus consuetudinem inducantur, sub pœna suspensionis Nobis reseruatæ, & decem aureorum, alijsquè nostro arbitrio infligendis. Pariterquè ab hoc inhibemus munere illos, qui eo præsertim anno Paschali tempore peccata non sunt confessi, neq; Sacrosanctam suscepere Euchariſtiam.

De Sacramento Confirmationis. Titulus XIII.

1 STudeant Parochi, cùm in nostra Diœcesi Confirmationis Sacramentum administrari contigerit, vt in Populo erga ipsummet Sacramentum debitam excitent venerationem.

2 Si qui Adulti sint confirmandi; Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum Apostolorum, & Decalogi præcepta sciant: nec non ante huius Sacramenti susceptionem peccata sua cõfitean-

fiteantur. Qui Confirmandum ſuſcipit, etiam ipſe debet eſſe confirmatus, ac in Fidei rudimentis inſtructus: nullus verò Patrinus vno, eodemquè die niſi vnum, vel alterum ad ſummùm pręſentet confirmandum: neque Patrinus vllus admittatur, niſi quartum decimum ętatis annum compleuerit.

3 Confirmatorum frontes poſt vnctionem rectè abſtergantur, non per alios, quàm per Sacerdotem goſſipio ſeu bombacio, vel linteolo, quod poſtea comburatur, cinereſquè in Sacrario reponantur. Ab Eccleſia ante non diſcedant Confirmati, quàm Epiſcopalem benedictionem ſuſceperint.

4 Regulares omnes, ſicut in Sacramento Baptiſmi, ita & in hoc Confirmationis ab officio Patrinorum abſtinere debent omnino.

5 Ad Confirmationem nemo ante ſeptimũ (niſi aliqua vrgente cauſa, a Nobis approbanda) ętatis annum accedat. Parentes Filiorum; Filij Parentum; Vir Vxoris; & Vxor Viri patrini non ſint, cùm id expreſsè ex Romano Pontificali ſit vetitum.

6 Reijciendos eſſe dicimus os, qui neſciut fidei rudimenta: idcirco Parochorum erit, illos, qui ad hoc Sacramentum ſunt acceſſuri, examinare & quatenus ſit opus, inſtruere.

De SS. Euchariſtiæ Sacramento. Titulus XIV.

1 SAnctiſſimum Euchariſtię Sacramentum aliorum digniſſimum, Amantiſſimus Saluator noſter ex hoc mundo diſceſſurus ad Patrem, inſtituit: vt ſui erga nos amoris vbertatem, diuitiaſquè oſtenderet; & in ſpirituali interioris hominis cibo futuræ gloriæ, nec non perpetuæ felicitatis noſtræ certiſſimum relinqueret pignus.

2 Ideo volumus, & mandamus, vt qua maxima fieri poteſt reuerentia, & honore in maiori, ſeu in alio ad hoc deſtinato Altari in Eccleſia Cathedrali, & in qualibet Parochiali in decenti argentea Pixide deaurata intus per totũ, etiã in parte ſuperiori, quinque ſaltẽ conſecratis Particulis diligenter ac deuotè ſub argentea claui in Tabernaculo conſeruetur.

3 Particulæ conſecratæ ſexto quoque die, vel ad ſummùm octauo renouentur: ipſæ verò Particulæ non ſint minoris circumferentiæ vnius iulij, & ſint ex Hoſtijs non ante quintodecimum diẽ confectis. Dum hoc Sacramentum miniſtratur, omnis adhibeatur cura, & diligentia, ne tanti Sacramenti fragmenta vlla depereant. Ideo conſecratas Particulas extra Pixidem non exponant Sacerdotes, qui communicant; ſed Patenam inter manus ſiniſtræ digitos teneant,

eamquè in dispensandis Particulis aptè supponant; dummodò tamen Pixis non sit spatiosa.

4 Parochi, cùm Sanctissimam Eucharistiam ad Ægrotos deferuut, Superpelliceum, Stolam albi coloris, & (si haberi possit) Pluuiale induant: Baldachinum, seu Vmbellam adhibeant: Velumq; olosericum gestent superhumerale. Duo Clerici præsto sint, quorum alter Tintinnabulum pulsans præcedat, Superpelliceo pariter (si fieri potest) amictus: Vasculum alter decorum, ac mundum cum aqua benedicta deferat.

5 Cùm autem deferendum est idem sanctissimũ Sacramentum; Parochus priùs ad Ægroti domum accedat, vel alium mittat, qui diligenter curet, vt domus ipsa emundetur, sordesquè omnes amoueantur. Tum ibidem parua sternatur mensa mundis Mappis cooperta; supraquè sacra Imago cum duobus accensis cereis in candelabris collocetur; vt in corporali priùs extenso sisti possit sanctissimũ Sacramentũ.

6 Postea summa cum reuerentia & grauitate incedens, sanctissimum Christi Corpus, oculis in eum semper intentis, ad communicandum Infirmum deferat: atque interim Psalmi in Diuini Sacramenti honorem, vel pro Ægrotantis spirituali salute recitentur.

7 Ægroto deindè sacra Communione refecto, statim ad Ecclesiam Parochus reuertatur, Sacramentoquè super Altare reposito, Populum associantem bene-

benedicat; eiquè elargitos pro exhibito obsequio Indulgentiarum thesauros ex Bulla Martini Papæ Quinti annunciet, & sacratissimam recondat Eucharistiam.

8 Si fortè per inuia, cænosaquè loca extra Ciuitatem, & Oppida deferri contigerit Sacramentum, absente longè admodùm ab Ecclesia Ægroto; tunc Parochus Superpelliceo,& Stola indutus, vna saltem præcedente laterna, vnicam tantùm Particulam in vasculo ad id parato assumat:quod vasculum ita claudatur, vt etiam Sacerdote ipso (quod absit) prolabente, Particula exire non possit; illudquè in serica Bursa funiculos pariter sericos habente, quibus ad collum Deferentis aptari valeant, reponatur. Ægroto autem Communione refecto, ad suam Ecclesiam, extinctis luminibus, & Stola, ac Superpelliceo depositis, reuertatur.

9 Post initium Quadragesimæ Animarum sibi subditarum statum quilibet Parochus in libro ad formam anterioris Synodi Eminentissimi Domini Card. Cybo traditam describat. Paschali deinde tempore Communicantibus det schedulas, quas præfatis diebus transactis omninò exiget, & recipiet, diligenter animaduertens, eosq; adnotans, qui sacram Communionem non sumpserint; illosquè iuxtà Sanctiones in eadem Synodo præscriptas puniendos ad Nos referre teneatur.

10 Scamna ad sacrum Communionis vsum para-

ta, mundis mappis decorè cooperta, & ad scandala, quæ in administratione Sacramenti accidere possunt, euitanda, ad Altare, non per Ecclesiam ponantur, tempore maioris concursus. Alijs verò temporibus linteolus mundus Communicantibus præbeatur per manus duorum Clericorum in nostra Cathedrali Ecclesia, qui recitent etiam *Confiteor*.

Ne verò aliqua suboriatur confusio, sed debita prorsus retineatur decentia; mensæ ipsæ (quantùm fieri potest) distinguātur, vt Mares separatim a Fœminis Communionem accipiant. Qui verò temerè se permiscuerit; eo non communicetur in loco.

11 Neminem Parochus ad sacram Communionem admittat, quem in mortali peccato permanere, vel occasionem mortaliter peccandi nolle auferre ipse dignoscat; licèt alicuius Confessarij, a quo fuerit absolutus, testimonium attulerit; donec offensioni, nec non malo exemplo, quibus populum commouerit, publicè ex Concilio Tridentino satisfaciat.

12 Contra publicas Meretrices, quæ se se ab infamia purgare neglexerint, ac proinde Paschatis tempore Sacramentum Eucharistiæ non sumpserint; ita quidem agatur, quemadmodùm in mox citato anteriori Synodo contra illos, qui in Paschate non communicauerint, agi sancitum est. Neque Fœminæ illi, quæ se meliorem ducere vitam asserat, statim sacra Eucharistia prębeatur: sed vbi emendatioris vitæ rationem instituisse, prauis antea abiectis moribus, verè constiterit.

13 Sa-

13 Sacerdos, qui Euchariſtiæ Sacramentum miniſtrauit, digitos purificet, & abſtergat purificatorio: ipſam verò purificationem idem ſumat, vel alijs in Communione ſumendam præbeat: & ad hunc effectum collocetur vas vitreum cum aqua in Altari.

14 Diebus publicarum Supplicatiouum, ſeu Proceſſionum viæ, per quas Sanctiſſimum defertur Sacramentum, non modò ſordibus emundentur; verùm etiam & floribus, & virentibus folijs inſternantur: omniquè decentiori parietes apparatu rerum exornentur. At verò ſpectacula quæcumque, & repræſentationes etiam ſacras, Nobis inconſultis, ſeu Vicario Noſtro Generali, facere prohibemus.

15 Studeant Parochi, vt omnes tum Mares, tum Fœminæ Sacro ſolemnitatis ſanctiſſimi Chriſti Corporis die eam Proceſſionis celebritatem non e feneſtris, neque omnino e ſuperiori aliquo loco reſpiciant: ſed omni venerationis ſtudio incedentes ſequantur, vel ſaltem in limine ſui oſtij ſeu prope idem Sanctiſſimum genu flexo venerentur.

16 Conſuetudinem ad maiorem tanti Sacramenti venerationem inductam, vt per totum Octauę curſum, quando in noſtræ Cathedralis Eccleſiæ Choro Diuina Officia celebrantur, ſupra Altare maius in Oſtenſorio ſanctiſſima exponatur Hoſtia, ante quam tam Canonici, quàm Clerici aperto ſiſtunt capite, donec accenſis facibus, precibuſquè conſuetis de more cantatis reponatur; inuiolabiliter ſeruari mandamus.

17 Et quia Hostia consecrata publicè exposita, & in Pixide reposita, indecens est, quòd fracta Laicis distribuatur: ideo iubemus, eam a Celebrante, seu ab alio Sacerdote eadem die, seu saltem postera consumi.

18 Ad euitandam irreuerentiam, quæ ab imperitis circa venerationem tanto Sacramento debitam tempore, quo publicè adorationi exponitur, mandamus, vt quoties occasio se præbuerit ante illud transeundi, omnes non minùs Clerici, quàm Laici non vnico tantùm genu flexo, sed ambobus reuereantur.

19 Et ad tollendam maiorem abominationem, quam maximo animi nostri mœrore audiuimus, eodē tempore, quo processionaliter idem Sanctissimus defertur, nonnullas impudentes, ac temerarias mulieres ausas esse proijcere de fenestris ad suos amasios florum manipulos, & similia; ideo tanto malo occurrere volentes prohibemus in posterum huiusmodi proiectiones sub pœna vnius auri pro qualibet vice, & in subsidium excommunicationis.

20 Vtquè Clerici a Laicis in frequentioribus bonis operibus, prout decet, magis distinguantur; ideo præcipimus, vt qui prima Tonsura, seu minoribus Ordinibus sunt initiati, in tertia Dominica cuiuslibet mensis, ac alijs solemnioribus Festis superpelliceis induti accedant ad Cathedralem Ecclesiam, & vna cum Clericis Seminarij se conferant de Sacristia ad

Alta-

Altare Sanctissimi,& ibidem præsente Seminarij Præfecto Sacram Refectionem recipiant,& inde ad Chorum reuertantur debitas gratias Domino relaturi. Qui verò in Sacris sunt constituti, in dicta Ecclesia Cathedrali sacra Communione reficiantur Dominica qualibet, ac Festis solemnioribus, & ibidem Officium Ordinis exerceant ad nutum Magistri Cæremoniarum, cui & respectiuè dicto Præfecto Seminarij exequutionem huius nostri Decreti demandamus, iniungentes eisdem onus dandi notulam Clericorum, qui nostris hisce mandatis paruerint in fine cuiuslibet mensis. Certos autem facimus omnes inobedientes, ad vlteriores Ordines per Nos non fore promouendos: immo & alijs pœnis arbitrio nostro fore plectendos.

21 Sacram Communionem cuiquam præbere prohibemus, & interdicimus Parochis, & alijs quibuscumque Sacerdotibus in nocte Natiuitatis Domini sub pœna suspensionis a Diuinis ipso facto incurrendæ iuxta Decreta Sacræ Congregationis infra in Titulo de celebratione Missarum.

22 In Ecclesijs denique, in quibus Feria quinta Hebdomadæ Sanctæ Sepulchrum constituitur, vbi Christi seruatur Corpus; *Cùm illud gloriosum fore*, Isaias prædixerit; sicuti pretioso ornatu decorari debet, ita in ijs caueri mandamus, ne quid profanum, & minus decens in ipso ornatus apparatu apponatur.

21 Nocturno verò tempore claudantur portæ

Ec-

Ecclesiæ, & duo saltem Confratres cum suis saccis debita reuerentia assistant, venerentur, & pias preces ad idem effundere non cessent, bini post binos alternatim vnius horæ spatio.

24 Insuper mandamus clauem Arculæ, vbi asseruatur Sanctissimum Christi Corpus Feria quinta in Cœna Domini retinendam esse per Sacerdotem, in crastinam Feriam sextam Parasceue celebraturum.

25 Prohibentes propterea, ne clauis præfata vmquam deueniat penes Personam laicam secularem, cuiuscumque ea generis, & conditionis existat. Et hoc in Ecclesijs seruadum est tam Secularium, quàm Regularium, vti nouissimè Sacra Congregatio decreuit.

26 Moneant Parochi mulieres ante partum, vt propter imminens mortis periculum sacram Eucharistiam deuotissimè sumant; sicut etiam eos, qui longum itersunt suscepturi.

27 Mulieres humeris, pectore, mammillisquè, brachijsue seminudatis accedere ad tantum Sacramentum non formidantes Sacerdos constanti cordis robore, ac zelo munitus, Diuino Sacramento non pascat, licèt seculari nobilitate præfulgeant, diuitijsquè, titulisue quibuscumque se iactent ornatas. Nec pharisaica scandala vereatur: nam zelo zelare debet, & custodire gloriam Domini Dei sui, pro qua millies emori debet esse paratus, non respiciens in faciem hominis, nec pauescens vultus, & iras creaturę mortalis.

28 Per-

28 Peracta sacrosanctę Resurrectionis Dominicę Octaua Paschali, Parochi inquirant schedulas communionis: & si quos carentes inuenerint; illico nobis id notum faciant, vt malo huic tam grandi debitis possimus obuiam ire remedijs.

De Sacrificio Missæ. Tit. XV.

1 QVia plurium celebratio Missarum commoditati aduentantis Populi accommodari, & Missas per horas distribui congruas a mane ad meridiem, præcipuè in nostræ Diœcesis Oppidis, ac Villis vtile est; idcirco mandamus, vt Sacerdotes quicumque cum Parocho verba faciant, & charitatiuè, prudenterquè inter se celebrationis tempora diuidant: neque sine graui causa a præscripto recedant sub pœnis arbitrio nostro imponendis, quas huic nostrę voluntati rebelles certè luituros se sciant. Quòd si aliqui obedire contempserint; Parochorum munus sit, illico de eorum peruicacia Nos reddere certiores.

2 Id quoque in nostrę Ciuitatis Ecclesijs obseruari mandamus, in quarum Sacrarijs, vbi aliqua Missarum multitudo celebratur, pendeant Tabellæ, nomina, & ordinem celebraturorum Sacerdotum continentes, qui tempora celebrationis alternent.

3 Caueant, ne nimis cita sit celebratio: & sciant hi rapidissimi in celebrando, indeuotiquè cursores

ſe fore a celebratione ſuſpendendos,niſi ſeriò ſe corrigant. Caueant etiam Sacrariorum Præfecti, ne citò nimis Miſſarum celebratio terminetur: ſed vltimæ finis Miſſę ad meridianam horam ſaltem accedat; vel non nimis longè diſtet iuxta mēſium viciſſitudinem.

4 In Miſſa quæ palàm dicenda ſunt, voce clara ac diſtincta pronuncient Sacerdotes: quæ autem ſecretò dicuntur, ita ſubmiſsè legant, vt a circumſtantibus percipi nequeant:& meminerint, verba præcipuè Conſecrationis (quæ legi, non memoriter recitari debent, ne vllus vnquam error irrepat)altiuſculè abſq; culpa quandoq; graui pronunciari nō poſſe.

5 Ante Miſſæ celebrationem diſtrictè ſub pœna ſuſpenſionis, pro ſolo eiuſdem ſumptionis die ipſo facto incurrendæ, Tabacchum ſumi a Sacerdotibus prohibemus.

6 Sacerdotes tam Seculares, quàm Regulares Diœceſis alienæ ad Sacrum faciendum nō admittantur, niſi ſui Ordinarij dimiſſorias litteras oſtenderint, a Nobis, vel à noſtro Generali Vicario in Ciuitate approbatas, & in Oppidis a Foraneo, ſub pœna ijs, qui ſacras veſtes, ceteraquè celebrationi inſeruientia præbuerint, a Nobis arbitranda, & certiſſimè infligenda. Hoc idem Regulares ſibi vetitum ſciant: quapropter exteros Sacerdotes Seculares in ſuis Eccleſijs ad celebrandum haudquaquam admittāt abſque dimiſſorijs a Nobis vel Vicario noſtro, vt modò diximus; approbatis.

7 Ani-

7 Animaduertendum verò eſt, dimiſſorias litteras nihil valituras eſſe decerni, ſi datę ſint ante duos menſes, in Italia: ſi extra, ante ſex. Quòd ſi fuerint antiquiores; nolumus in noſtra Diœceſi pro validis accipi, niſi habeatur teſtimonium de vita, & moribus eiuſdem Sacerdotis eas proferentis ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi commoratur.

8 Defunctorum officia & Miſſę, quę in quacumque Eccleſia, vel Altari præciſis diebus, hebdomadis, menſibus, vel annis ſunt celebrandæ; nequaquam a Sacerdotibus in alia tempora, Altaria, Eccleſiaſue transferantur: ſed niſi præfixo tempore, ac locis celebrentur; ſciant in Miſſarum reuiſione apud Canonicum a Nobis ad hoc munus eligendum, celebratas extra ſignata tempora, & loca tamquàm non celebratas fore cenſendas, & ipſos in triplici pœna damnandos.

9 Libri, vbi Miſſæ, quæ ſtatutis celebrantur temporibus conſcribuntur, in Sacrarijs Eccleſiarum ſub claue recondantur: & quilibet Sacerdos eodem, quo celebrauit die, in eiſdem id notet.

10 Miſſarum onera perpetua celebrandarum nemo ſuſcipiat ſine noſtra, vel Generalis Vicarij noſtri licentia in ſcripto, gratiſquè concedenda. Tranſgreſſores huius prohibitionis ipſo facto ab Eccleſiæ ingreſſu ſint interdicti: & ſi aliquid damni Eccleſiæ, vel Sodalitates propter hæc onera, Nobis inſcijs inuitiſue ſuſcepta, incurrent; in ipſos, eo-

rumquè heredes damnum hoc nouerint esse retorquendum.

11 In Monialium Ecclesijs absque nostra, vel Vicarij Nostri licentia, celebrari nemini liceat.

12 Clericis Curiæ nostræ contumacibus de graui inquisitis crimine; durante diffamatione, & ante absolutiuam sententiam, Missarum celebrationem omninò interdicimus.

13 Sciant etiam Sacerdotes quicumque, Missas votiuas, seu Collectas, quæ sunt propriæ solemnitatum, vt Resurrectionis Domini Nostri IESV Christi, Natiuitatis, Purificationis, Assumptionis B. MARIÆ Virginis, Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ, & similes alias, quæ proprios habent introitus, & collectas proprijs solemnitatibus accommodatas, ex Decreto S. Rituum Congregationis extra proprios dies, & Octauas celebrari non posse. Sacerdotes, Missa per ipsos inchoata, cuiusuis Personę expectādę gratia non subsistant, ne ve ipsammet incepatam, cuiusuis superuenientis causa, repetant.

14 A Missis nouis absint choreæ, ludi, saltationes, & profanorum sonitus instrumentorum. Sacerdotes Ecclesiam non circumeant pro oblationibus accipiendis: sed in medio Altaris ad populum se vertant, ibiquè sistant, atque oblationes a sponte dantibus recipiant. Tunc verò manus deosculandas, vel patenam nemini porrigant: sed solito pacis instrumento, vel Cruce vtantur.

15 Ad

15 Ad tollendas contentiones, quæ super consueta eleemosyna contingere possent; pro qualibet priuata Missa celebrata consuetam eleemosynam esse Iulium vnum declaramus.

16 Certioratos etiam volumus omnes, & quoscumque, qui Missas perpetuas celebrare tenentur, vt suis locis, temporibusquè satisfacere sedulò satagãt, ac festinent: etenim aliàs pro vna, & qualibet Missa perpetua Iulio vno cum dimidio mulctabuntur, vltra pœnas in nostro precipuo Edicto desuper facto expressas, *quod in fine apponetur*.

17 Missæ priuatę nullatenus celebrentur in die Sabbati Sancti nisi vrgeat aliqua causa per Nos cognoscenda, & ea cognita, cum nostra expressa licentia in scriptis, sub pœnis arbitrio nostro.

18 Quę ad Episcopalis Ordinis reuerentiam instituta sunt, in Ecclesia obseruentur: & eo in Altari, quo Nos Missę sacrificium litauerimus, eo die quiuis Sacerdos (nisi Nobis annuentibus) celebrare non audeat.

19 Antiquum S. R. E. ritum in statutis Missarum celebrandarum temporibus, sacris canonicis Sanctionibus comprobatum peruertere nefas esse censentes; sancimus ne in quibusuis Ecclesijs Missę celebrentur, ante Auroram, & post Meridiem, excepta sacrarissimę Noctis Natiuitatis Domini Missa. Quam tamen a quouis Sacerdote nisi post mediam noctem inchoari prohibemus, & nullo prorsus modo

do

do anticipari liceat, sub pœna perpetuę suspensionis a Diuinis, ac alijs in Constitutione Sanctę Mem. B. Pij V. contentis, Apostolica auctoritate per ipsam Constitutionem locorum Ordinarijs delegatis. Cópleta verò Missa mandamus claudi Ecclesias ad obuianda scandala eadem nocte, si publicè paterent. Prohibemus etiam vltra vnicam alias Missas in dicta nocte celebrari, ad formam Decretorum S. Congregationis.

20 Quòd aliàs decretum fuit ab Eminentissimo Cybo in sua Synodo, modò apertius declarantes statuimus, vt nemini in Oratorijs Confraternitatum, seu secularium Personarum, vel Cappellis, quę Parochialis Ecclesię finibus continentur, Missam celebrare liceat Dominicis, alijsquè festis diebus; nisi absoluta Parochiali Missa, & Concione intra Missam ipsam de more habenda: dummodò Parochum, aliqua vrgente legitima causa, id permisisse non constiterit.

22 Vestes autem sacras, aliaquè indumenta Missę, diuinorumquè Officiorum cultui dicata in priuata Domo habere nemini liceat: sed in Sacrario Ecclesię mandamus retineri, ibiquè non palàm, & in vulgus e parietibus exposita, sed in abaco, seu armario, inclusa claue rectè obserato, vt Laicorum manibus contrectari non possint; sicuti sacra canonica Sanctione cauetur, sub pœna ipsarum vestium, & indumentorum suspensionis eo ipso incurrendę,

quas

quas nihilominùs Ecclesię seu Altari, cui sunt addictæ restituere teneantur: nisi aliter ex vrgenti causa per nos fuerit permissum.

De Oratione quadraginta horarum. Titulus XVI.

1 ORatio, quam Quadraginta horarum vocant, cùm ad diuinam opem, & misericordiam implorandam, calamitatesquè propulsandas instituta fuerit; ideo veterum, & ordinarium seruari morem præcipimus, ita tamen, vt non pro quacunque, sed pro publica, & graui causa tantùm exponatur: Tunc verò tã a Secularibus, quàm a Regularibus impetrata prius a Nobis licentia, & eo cum decore, luminibus, facibusquè, & assistentijs, quæ in Synodo Eminentiss. Cybo præscripsit: durante autem sacratissimæ Hostiæ ipsius expositione; in Missis, cùm Sacramentum eleuatur, campanulę de more non pulsentur.

2 Dominica Quinquagesimæ, & Palmarum quotannis tam pium, necnon antiquum continuari institutum mandamus in Ecclesia Cathedrali (in Matricibus verò Dicecesis Dominica Palmarum) vt scilicet sacratissima Eucharistia pro quadraginta horarum prece exponatur, ex forma in Nostris Pastoralibus litteris, *in fine registrandis*, prę scripta; illud prę men-

mentis oculis omnino habentes, vt sanctis illis diebus Fideles ad pietatem, & deuotionem magis excitentur, eorumquè vita emendetur in melius.

3 Quicumque verò vtriusque Sexus huiusmodi orationi per vnius horę spatium vacauerit, vel deuotè processioni interfuerit; quadraginta dierum Indulgentiam (quam quotiescumque exponitur, ex Dei misericordia in forma Ecclesię consueta concedimus) consequatur.

4 Notum denique facimus, sacram Rituum Congregationem quadraginta horarum preces non permittere in feria quinta in Cœna Domini, neque in Parasceue, & Sabbato Sancto, quacumque in contrarium consuetudine non obstante.

De Sacramento Pœnitentiæ. Titulus XVII.

1 PErarduum Sacramenti Pœnitẽtię munus idoneis dumtaxat, & dignis Sacerdotibus imponi oportet, ne Confessariorum ignorantia Pœnitentes potiùs ad perditionem, quàm ad salutem perducantur.

2 Iudicem sedentem sentẽtias ferre decet: ideo Confessarij tamquam Iudices spirituales non stando, sed sedendo, & capite cooperto quoscumque Pœnitentes, & quauis dignitate pręditos audiant.

3 Pœni-

3 Pœnitentium ad se adeuntium animos deiectos proposita illis diuinæ Misericordiæ magnitudine erigant Confessarij: tum benignè, vt fiduciam præbeant, cum ijsdem agant; vndè sua peccata sic adiuti liberè confiteantur.

4 In Rudibus autem, & Imperitis audiendis sciant maius studium esse adhibendum: propterea eorum inscitiæ, & infirmitati, quantùm possunt, in Domino prospicientes conscientias discutiant; de peccatis circumspectè interrogent; circumstantias exquirant; & christiana opitulante patientia Sacramentum ad debitum finem perducant.

5 Approbationes dari solitas ad Confessiones olumus per Cancellarium, & Notarios nostros gras vbique omnino concedi.

6 Confessionales sedes ex tabulis expolitis conci debent, ab vtroque latere clausæ: ab anteriori tem parte sint apertæ: neque in angulis, Cappellis, oue obscuro loco (quantùm fieri potest) collotur; sed in apertò, & in omnium oculis; vt & nfessarius, & Pœnitens ab vnoquoque facilè vintur.

Notum verò facimus, Sacerdotes omnes tam ılares, quam Regulares ad audiendas confessioıpprobatos, prætextu quorumcumque Priuileım absoluere quemquam non posse a casibus in Cœnæ Domini, vel in Decretò Sacræ Congrenis ex iussu San: Mem: Clementis Papæ Octaui

G edi-

edito contentis, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrendę.

8 Ad hęc volumus omnes, & ſingulos meminiſſe, Alexandrum VII. & INNOCENTIVM XI. feliciter regnantem quàmplures Chriſtianę diſciplinę relaxatiuas opiniones (per quas in rebus ad conſcientiam pertinentibus ſqualor irrepſerat alienus a Catholica ſimplicitate, & Sanctorum Patrum Doctrina) tamquam ſcandoloſas damnaſſe, ac omninò prohibuiſſe; itaut quicumque illas, aut coniunctim, aut diuiſim docuerit, defenderit, aut ediderit, ipſo facto in excommunicationem incidat Summo Pontifici reſeruatam: diſtrictè vlteriùs prohibendo in virtute ſanctę Obedientię, & ſub diuini Iudicij interminatione, ne quis opiniones ipſas, vel earum aliquam deducat ad praxim.

9 Ne quis verò per ignorantiam ijs damnatis opinionibus adhęrendo, in prędictam excõmunicationis pœnam incidat & ſententiam; eaſdem Apoſtolicas declarationes cùm ipſiſmet damnatis opinionibus *poſt Synodum* mandauimus *imprimendas*.

10 Salutarem B. Pij V. Conſtitutionem, quę incipit, *Super Gregem Dominicum*, de ijs prędſertim, quę in curandis Infirmis Medici ſeruare iubentur, ad vſum reuocari Nos cupientes, non ſegniter mandauimus; vt Medici nimirum ante omnia de Confeſſione Infirmũ admoneant. Quòd ſi hic parere neglexerit;

xerit; post triduum ad eum inuisendum ampliùs non reuertantur:alioquin certos eos reddimus,prętер diuinam indignationem pœnas in ea Constitutione positas incursuros. Vt verò eamdemmet Constitutionem Medici omninò adimpleant, in sua ipsorum conductione per Communitates illam seruaturos sese penitus, iurare debebunt.

11 Quoniam verò solet a plerisque hac in re negligenter procedi;Medicis omnibus,& quibuscũque nostræ tā Ciuitatis,quàm Diœcesis ipsam Cõstitutionem(modo ,& forma *inferiùs posita*)iterum intimari, notificariquè iubemus. Et eamdem vnà cum dicta intimatione a Parochis inter Missarum solemnia in Dominica Passionis Domini euulgari quotannis ,& publicari mandamus.

12 Si Confessarius aliquid certæ Personæ, vel Loco restituendum a Pœnitente recipiat; idipsum (tacito Pœnitentis nomine) reddat, & fidem adimplementi a Creditore susceptam Debitori demonstret. Quòd si incertæ Personæ, vel Loco facienda sit restitutio; sciat Confessarius, illam Episcopo committendam esse, non sibi, nec alteri.

13 Quoniam vnicuique salutem æternam exoptanti necesse est explicitè scire aliqua christianæ Fidei mysteria, quorum culpabilis ignorantia graue crimen est, & inuincibilem dari non posse dicendum est in hisce nostris regionibus , vbi Sacerdotes non cessant spargere in Populum Verbum Dei , & para-

ti sunt Doctrinam edocere christianam: idcirco iterum atque iterum monemus Confessarios, & præcipimus, vt audituri confessiones Personarum, quas possunt ipsi suspicari mysteriorum Fidei, saltem principaliorum, ignorare notitiam, primo loco eas interrogent, An sciant sanctissimæ Mysterium Trinitatis, & Incarnationem, Passionem, Mortem, ac Resurrectionem IESV Christi Dei & Hominis, ac Redemptoris nostri. Quæ si nescire se dicant, nouerint Confessarij, tales Personas haudquaquam absolutionis esse capaces: quapropter eas erudiant, quantùm satis est: & prætcrea manifestent eis, quæ sit virtutum remuneratio in Cælis, & delictorum apud inferos pœna, efficaciã Sacramenti Pęnitentiæ ad crimina diluenda, dignitatem Eucharistiæ, aliaq; Fidei dogmata, quę Personarum statui, conditioni, & captui necessaria existimabunt. Moneant quoquè, eas actum doloris elicere debere ob talem culpabilem ignorantiam: videantquè, qua fide pręteritas perfecerint Cõfessiones: etenim facillimum est, opus esse illas replicare, vt earum saluti satis prouideatur.

14 Et quia hęc omnino necessaria sunt confessionis validitati; caueant, ne in hoc negligentes inueniantur: strictissimam enim huiusmodi incurię Deo rationem sunt reddituri. Neque eos excusabit multitudo Confluentium occasione alicuius Festiuitatis, Indulgentię, vel Iubilęi: etenim melius est paucas expedire Personas, sed bene; quàm multas, at malè.

Quod

Quòd si Pœnitẽtium eruditio aliàs nota sit Confessario; tunc huiusmodi adhibere diligentias necesse non erit.

15 Animaduertat quilibet Confessarius, se lucem mundi, & sal terrę esse debere: quapropter cœcos illuminare non cesset docendo, & admonendo paternę in spiritu lenitatis. Interroget igitur Rudes, nescientes cuncta sua crimina reperire: & expleta confessione non impertiat absolutionem, nisi adesse in Pœnitente cernat signum aliquod contritionis, vel saltem attritionis expressum; vt valida sit absolutio.

16 Quòd si dolorem, firmumquè propositum abesse pertimescat ob Confitentis duritiem, vel ruditatem; procuret in eius corde excitare dolorem, enarrando peccatorum malitiam, ac damna, videlicet Gratię Dei iacturam, Paradisi amissionem, & periculum euidens damnationis ęternę: vel ostendendo summam Dei amabilitatem, Christi IESV Passionem, & cætera Dei beneficia: vt cor eius vel in attritionis, vel in contritionis actus erumpat. Neque negligat elicere à Pœnitente explicitũ firmi propositi actum; vt tutior eueniat absolutionis effectus. Voluntariè in malo obstinatos nec in ipso absoluat mortis articulo.

17 Satisfactiones (quas Pœnitentias vocant) procuret Confessarius, vt sint etiam medicinales, & futurorum delictorum præseruatiuæ. Quapropter tenacibus eleemosynas; iracundis, atque superbis humilitatis actus, & mansuetudinis; addictisquè gulæ, siue

uel luxuriæ (verè cognata crimina, & vix diuisibilia) abstinentias, carnisquè macerationes imponat. Sic ipse suo muneri satisfaciet: Iudex enim, & Medicus ipse est Animarum.

18. Confessarij non solùm e conspectu Mulierum confessiones audire non audeant; sed neque cum ijsdem, dum in sede confessionali Pœnitẽtes excipiunt, loqui præsumant, nisi breuissimum aliquod verbum, & necessitate exigente. Caueant quoquè eas in fronte benedicere, vel talia peragere, quæ aliquam minoris cautelæ, vel immodestiæ suspicionem ingerere queant.

De Censuris, & Casibus reseruatis. Tit. XVIII.

Tabula Censurarum, seu Excommunicationum reseruatarum.

1 LApsus verè deflendi in crimina infra describenda quantùm Animarum saluti importent præiudicij, Nos experientia multùm edocuit: quocirca excõmunicationis pœnam ipso iure, & ipso facto incurrendæ, ac Nobis, & Sedi nostræ Episcopali Æsinæ reseruatæ mereri iudicauimus, prout per præsentes in nostrę ordinarię facultatis vim iniugimus, itaut ab huiusmodi delictis quisquam nullatenus

possit

possit absoluere sinè Nostra, vel Successorum Nostrorum expressa licentia, præterquàm in mortis articulo.

2 Monasteria Monialium sine licentia adeuntes; & ibi alloquentes turpiter, seù lasciuè cum Monialibus, vel alijs intra septa degentibus. *Conc. Trid. Sess. 14. c. 5.*

3 Parentes, & Nutrices tenentes in lecto Infantes infra annum sine repagulo; si sequatur suffocatio.

4 Asportantes, vel detinentes supellectiles, aut scripturas quascumq; ad Ecclesias pertinentes. Item Scripturas, Acta, vel alia ad Cancellariam Episcopalem spectantia.

5 Omnes, qui conscripserint, ediderint, explanauerint, retinuerint, consuluerint, transtulerint, vel in publico loco exposuerint libellos famosos, nec non litteras sinè nomine (quas Memoralia vulgò appellant) in re graui calumniosè, exceptis litteris Superiori directis a Personis timoratæ conscientię, quæ pandant veritatem ad bonum finem, & ad euitanda scandala.

Casus Reseruati.

CVm Sacri Concilij Tridentini vigore atrociora quædam crimina reseruãdi facultas Nobis impertiatur, quæ in Domino reseruare iudicabimus ad commune Ecclesiæ bonum, & Subditorum nostrorũ ædificationem; ideo eadem facultatę vtentes, vt magis

Conc. Trid. Seſſ. 14. c. 7. gis Fideles ab huiuſmodi offenſionibus in Deum arceantur, hoc noſtro Decreto & Statuto, quod perfectæ legis vim habere volumus, Caſus infraſcriptos Nobis, ac Epiſcopali Æſinæ Sedi reſeruauimus, & reſeruamus, a quibus a nullo Confeſſario, nec etiam Regulari, niſi a Nobis, & Noſtris in Epiſcopatu Succeſſoribus, ſeu de licentia noſtra abſolui poſſint, prẹter quàm in mortis articulo, ſub pœnis in Decreto ſanctẹ mem. Clementis VIII. contentis.

Sacra Congr. cũ approbat Clem. VIII.

1 Magia, Incantatio, Diuinatio, Maleficium, Sortilegium cum tacita, vel expreſſa dæmonis inuocatione; & Abuſus Sacramentorum, ſeu Sacramentalium, ſeu Reliquiarum.

2 Beſtialitas.

3 Sodomia.

4 Inceſtus cum Cognatis ſpiritualibus, & cum carnalibus vſque ad ſecundum gradum incluſiuè, & cum Affinibus ex illicita copula in primo tantùm gradu: at ex licita etiam in ſecundo.

5 Virginis defloratio tam reſpectu Deflorantis, quàm reſpectu Parentum conſentientium, etiam copula non conſummata.

6 Procuratio Abortus, etiam effectu non ſequuto.

7 Copula carnalis etiam non conſummata Confeſſarij cum Filia ſpirituali actiuè. Confeſſarius autem delinquens, nec eam abſoluere queat, neque quoſcumque alios, qui cum eiuſdem Confeſſarij aſſociatione,

tione, vel participationē quoduis carnale delictum perpetrauere.

8 Blasphemia in Deum, B. Virginem, & Sanctos.

9 Homicidium voluntarium tam respectu occidentis, quàm respectu mandantis.

10 Percussores parentum.

11 Notarij non reuelantes legata pia infra mensem post notitiam mortis Legantis, & Heredes eadem legata non persoluentes intrà annum a die iniunctæ obligationis a iure, vel ab homine.

12 Falsi depositio, vel accusatio in iudicio cum damno Proximi.

Expositio Casuum.

1 Clarus est: & ideo Confessarij de grauitate culpæ solùm admonentur, cui pœnitentia correspondere debet. Aduertant quoquè non solùm reseruationem; sed & denunciandi onus iniungi.

2 *Bestialitas*. Intellige de actu consummato.

3 *Sodomia*. Intellige etiam cum fœminis, respectu tamen Masculi seu agentis, seu patientis.

4 *Cognatio spiritualis*. Intellige de Cognatione contracta per Baptismum, & Confirmationem.

5 *Defloratio*. Intellige, siue per vim, siue per seductionem. *Etiam non consummata copula*. Intelli-

commodantes domos ludentibus iuxta formam nostri Decreti infra *de Honestate Clericorum*.

2 Sacrista Sacerdos Confraternitatum, & earumdem Cappellani non adimplentes Statuta per nos circa receptionem eleemosynarum ad Missas celebrandas, vt infra de Confraternitatibus. §. *Eleemosyna quotidiana &c.* Alias suspensiones vide in nostro Edicto circa *Vitam & honestatem Clericorum* in fine apponendo.

Ratio subdelegandi Absolutionem Casuum reseruatorum.

1 AT quia Parochis desiderio salutis Animarum feruentibus in solemnioribus, & pręcipuis anni Festiuitatibus ab huiusmodi casibus absoluendi facultatem concedere conuenit; ideo nos, vt conscientię Subditorum nostrorum salubre remedium, & auxilium prębeamus; a quarta Dominica Quadragesimę vsque ad totam Paschatis Octauam, & a Feria quinta ante diem Pentecostes vsq; ad Corporis Christi festum; & a tertia Aduentus Dominica vsque ad Epiphanię solemnitatem inclusiuè eamdem absoluendi facultatem nobis reseruatam relaxamus, & pręfatis Parochis ad dictum tempus, & non vltra, præsentium vigore concedimus, & impertimus, prout infra tamen limitatam; videlicet.

Litt. S. Congr. Episc. & Reg. 26. Nouemb. 1602.

2 *A primo*, dummodò expressa dæmonis inuocatio, & sanctorum abusus non interuenerit.

3 *A Quinto* abstineant.

4 *Ab Vndecimo*. Præuia denunciatione Notarij, vel satisfactione Heredis absoluant, & non aliter.

5 *A Duodecimo*. Pręuia satisfactione; nisi aliqua verè iusta causa excuset.

6 Pręterea quicũq; facultatẽ absoluendi habuerint a casibus etiam reseruatis; nouerint nequaquam Confessario cuilibet licere, etiam Parocho, seu Regulari in nostra Ciuitate, vel Dioecesi, qui in crimine carnalis peccati etiã nõ cõsummati socius, particepsue fuerit, Cõplicẽ audire in Confessione, & absoluere.

7 Quam quidem prohibitionem non esse peccati reseruationem declaramus; sed in huiusmodi casu omnino esse positiuam reprobationem Confessarij ab eius confessione audienda, qui fuerit socius, aut peccati particeps: quem si Confessarius in confessione audire, & absoluere audeat; pręter poenas a iure statutas, statim ipso iure & ipso facto censeatur priuatus iurisdictione, & auctoritate audiendi confessiones, & absoluendi quemquam in tota nostra Dioecesi, prout ex nunc pro tunc priuamus, & pro priuato omnino haberi volumus, & mandamus omni meliori modo: & huiusmodi confessio, habens annexam talem culpam, Socio facta sit irrita, & nulla ex defectu iurisdictionis. Quæ tamen iurisdictio pęnes quemcumque alium ordinarium Confessarium resideat, qui cul-

pæ ſocius non eſt; itaut peccati Complex non teneatur ſe præſentare Confeſſario facultatem habenti pro reſeruatis, ſed tantũ Cõfeſſario ordinario approbatò. Quòd ſi Confeſſarius ſit Parochus; declaramus, pro ipſo reſeruatum eſſe quodcumque peccatum carnale, cuius ipſe fuerit complex.

De Sacramento extremæ Vnctionis. Tit. XIX.

1 AEgrotanti Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramenta ex perpetua Eccleſiæ conſuetudine præbeantur. Verùm ſi quis præ qualitate morbi ſacram accipere Communionem non poſſit; Pœnitentiæ Sacramento ſaltem reficiatur. At ſi neque confitendi datur facultas; tunc licebit Ægroto ſacram miniſtrare Vnctionem: ſi tamen præcedat ſignum aliquod contritionis, & Sacri Olei deſiderio teneri nutu aliquo ille oſtendat; aut ſi ipſius peractæ Vitæ probitas ſatis nota ſit Parocho.

2 Locus ad Sacrum Infirmorum Oleum cuſtodiendum in Eccleſia, prout modò annotabimus conſtruatur. A Cornu Euangelij Altaris Maioris intra cancellos in pariete conſeruetur in altitudine vnius cubiti, & debita proportione reſpondeat latitudo: interiores partes oloſerico coloris violacei per totum conueſtiantur. Extrinſecùs autem valua, ſera, & clauis communiant. Sit verò a pauimento altior

non

non minùs, quàm cubitis quinque: & pictura aliqua foris exornetur, litterisquè grandiusculis ibidem inscribatur OLEVM SANCTVM INFIRMORVM.

3 Non in Vase tantùm seruetur Oleum; sed cum bombacio immixtum, ne fluere possit facilè, si Vasculum casu subuerti interdum accideret, prout latiùs in ordinationibus nostrarum Visitationum Generalium fuit demandatum.

4 Si periculum, ne decedat Infirmus, immineat, antequàm vnctiones compleantur; omissis orationibus, continuò omnes requisitę corporis partes vngantur forma vnica, omnes sensus continente, nimirùm, *Per istam &c. indulgeat tibi Deus quicquid per visum, auditum, odoratum, gustum, & tactum deliquisti.*

5 Postquàm Sacramentum Ægroto Parochus ministrauerit; breuibus, suauibusquè illum verbis ad desiderium Vitæ æternæ, & ad spem de Diuina Misericordia concipiendam opportunè simul excitare omnino satagat. Tum, cùm morti proximus erit, qua maiore potest animi pietate in illius Animæ commendatione totus insistat, statutasquè ex Romano Rituali preces recitet, curetquè sedulus, vt Domestici simul omnes pro languente Diuinam Clementiam piè satis implorent, & inquantùm possunt, a fletibus se abstineant.

6 Vbi verò Ægrotum Animam agere cognouerit; præsens illi adesse non prætermittat. At si aliquando non possit, eò quòd necessarijs alijs parochialis

lis muneris occupationibus impediatur; istud pietatis officium ab alio Sacerdote, si fieri potest, Moribundo præstari inuigilet: etenim hæc est hora tremēda, a qua pendet æternitas.

7 Nullus Sacerdos etiam Regularis, qui Parochus non sit, hoc Sacramentum ministrare audeat, nisi casu necessitatis vrgente, vel de Parochi ipsius licentia: aliter enim Sacerdotes ijdem, si Secularis sit, graues pœnas; si Regularis, excommunicationem ipso facto, & Summo Pontifici reseruatam, incursuros sese nouerint ex Decreto S. Congregationis. Clem. 1. de Priu.

8 Perunсto deinde Infirmo, stuppa, vel bombacium in vnctione adhibitum ad eum, & ad Sacerdotis abstergendos digitos non ibidem in Ægrotantis domo crementur, sed totum ad Ecclesiam comburendum asportetur, cinerésquè in Sacrario reponantur.

9 Quòd si quemquam propter Parochi segnitiē, aut negligentiam absque huius Sacramēti subsidio ab humanis discedere acciderit; iuxta culpæ qualitatem non modò pœnas a sacris Canonibus impositas, verùm & aliàs arbitrio nostro se daturum, certissimè sibi persuadeat.

10 Hoc Ministrantes Sacramentum, quando partes illas inungūt, quæ duplices sunt; puta oculos, aures, manus, & pedes, ita verba proferenda partiantur, vt non priùs hæc completa sint, quàm inunctum secundum membrum, ita vt forma verborum

ambarum vnctionem partium complectatur.

11 Curandum est, vt Ægrotis, dum adhuc integris pollent sensibus, hoc Sacramentum exibeatur: vt suis deuotionis, fidei, spei, & charitatis actibus ipsum recipiendo, vberiores Dei gratias adipiscantur. O si scirent homines, qualium fiat iactura bonorum, dum nimis serò hoc recipitur Sacramentum; neque Infirmi trepidarent adeo ad eius vel solum nomen, sed ipsum auidissimè expeterent, neque eorum Domestici ad sacram hanc Vnctionem Ægrotos suos adducere pertimescerent. Parochorum sit ergo munus, vtilitates huius Sacramenti indigentibus enarrare.

12 Quando a Parochiali Ecclesia longiùs abest Ægrotus, & morbus demonstrat mortis non abesse periculum, Parochus vnà cum Sacrosancto Viatico sacrum Oleum secum deferre poterit, vt eo communicato, possit sacram quoquè indigenti Vnctionem administrare.

13 Quoniam inter huius effectus Sacramenti est remissio venialium peccatorum; Sacerdos Ægrotum satagat excitare ad actus doloris: vt recto tramite dignus fiat a corpore in Cæli ascendere gaudia. Doceat eum, veniam petere verborum, cogitationumque otiosarum, & doceat desiderare Deum: etenim cùm Deus, eiusquè fruitio beata noster sit finis; non caret omni labe decedere absq; eo, quòd moriens desiderauerit ad suum peroptabilem Finem peruenire:

ne-

neque frustra edocuit nos Dominus, vt tam sępè dicamus, *Adueniat Regnum tuum*.

De Sacramento Ordinis. Titulus XX.

1 PRomulgato sacræ Ordinationis Edicto, Parochorum munus erit, ad preces inuitare Fidęles, vt Deus dignos mittere in messem suam dignetur Operarios: etenim a sanctitate & doctrina eorum, qui ecclesiasticis muneribus addicti sunt, non parùm christianæ plebis pendere salutem, & sanctitatem veritas est ipso vel Sole euidentior.

2 Sacri Concilij Tridentini dispositionem sectantes circa Personarum qualitatem, quæ ad sacros Ordines promoueri intendunt, cùm non tantùm eorum sufficiat peritia circa doctrinam, quæ a Nobis, Examinatoribusq; nostris non minùs indagari, quàm probari debet, & potest, quin etiam morum eorumdem probitas; ideo ne super hoc nos defraudari contingat (vt experientia testatur) & tanto vt malo pro viribus nostris occurrere possimus; strictè præcipimus, ac strictissimè mandamus *Parochis quibuscumque*, & quibus Animarum cura incumbit, ne probitatis morum, ac vitę testimonium ferant, nisi pro veritate, & Deum prę suis oculis habentes: ne Nos ab ipsis decepti, manus nostras super indignos imponamus.

Conc. Trid. Sess. 23. de Sacr. Ordin. cap. 7. Quòd si iustis ex causis Ordinandorum defectus palàm in visibilibus singraphis, seu attestationibus enũciare Nobis non audeant; saltem per secretam epistolam (quam nos igni trademus, & soli perlegemus) id omnino perficiant.

3 Quicumque verò sacrum aliquem suscepturi sunt ordinem; vt rectiùs vitæ rationem perpendant, cui sese obstringere intendunt, ac proinde tota re accuratiùs perspecta, negotium tanti momenti perficiant; antequàm eumdem accedant ad Ordinem, sicut sanctissimè iussit D. N. Innocentius XI. exercitia spiritualia peragant, & ab omnibus seculi curis, occupationibusq; liberi & omnis anteactę vitę suę peccata, præcedente diligenti conscientię examine, confiteantur; & in sacris lectionibus, ac meditationibus per decem integros dies versentur, adhibito Directore, quem Nos probauerimus, prout latiùs documenta dedimus in libro iussa nostro impresso. Inobedientes verò ad exoptatos ordines nullatenus sunt assumendi.

4 Cùm autem ad ordines suscipiendos quisquis accedet; omni reuerentia, & humilitate id præstet: peccata sua confiteatur, nec non sacra reficiatur Cõmunione, vt eos dignè recipere queat.

5 Et ne quis Clericorum mendicare, vel turpem, sordidumquè aliquem quæstum cogatur exercere, Beneficio potiatur a Nobis approbando, vel saltem (iuxta Tridentini tamen regulas) Patrimonium habeat,

Sess. 21. c. 2. de

beat,

beat, sed verum & reale, quantitatis olim de Sacræ Congregationis Mandato stabilitæ ex Decreto *in fine registrando*; adeo vt si promoueatur quis ficto cum Patrimonio, & commentitio, seu fiduciario; se incidisse ipso facto in pœnam suspensionis noscat Summo Pontifici reseruatæ, ex Bulla sanctæ mem. Vrbani VIII. *in fine harum Constitutionum imprimenda*. ref. S. Congr. Cōc. 13. Maii 1679.

6 Qui verò huiusmodi Patrimonium fictum, fiduciarium, vel commentitium dederint, donauerint, vel constituerint; eo ipso illos excommunicatos esse volumus, & absolutionem Nobis reseruamus, ac insuper eos teneri eidem Clerico sic promoto alimenta præstare. Quin etiam ad id obligari eos insimul volumus, qui huiusmodi falsæ assertioni, seu constitutioni ficti Patrimonij testimonium, auxilium, seu consilium dolosè perhibuerint, atque præstiterint. Referētes autem, & ęstimantes res in patrimoniū dādas, & earum fructus, quatenus eorum relatio & æstimatio non sit veridica ad alimenta, vt supra præstanda; condemnamus, & pœnæ falsi subiacere declaramus.

7 Cùm quotidie oriretur quęstio inter Officiales Communitatis huius Ciuitatis, & Clericos ad titulum patrimonij promotos ad sacros ordines ea occasione, quòd nimis pinguia patrimonia costituta reperirentur, & in dies constituantur in graue ipsius Communitatis præiudicium propter exemptionem ab oneribus cameralibus; idcircò de ordine Sacræ Congre-

gationis iam ſtatutum fuit per clar.mem. Epiſc. Laurentium Cybo Patrimonia conſtituta, & in futurum conſtituenda gaudere debere dicta exemptione, & immunitate tantummodò vſq; ad quantitatem ſcutorum mille pro quolibet Clerico graduato, aut qualificato, ſecundùm ęſtimationem contentam in publico vltimo (vt vocant) *Eſtimo* huius Ciuitatis, & Comitatus, facto de mandato Eminent. & Reuerendiſs. Card. Nigronij tũc Viſitatoris Apoſtolici. Pro Clericis verò inferioris gradus vſque ad ſcuta octingenta, & non vltra, arbitrio noſtro, & Succeſſorum noſtrorum, & aliàs prout in litteris Sacræ Cõgregationis, & Decreto *in fine Synodi regiſtrãdo.* Ad hoc igitur vt pręmiſſa exactiùs executioni demandentur, occurrendo etiam in hanc formam alijs erroribus, qui perſępè in hac materia ſolent euenire, expreſsè prohibemus Cãcellario noſtro, & cuicumque Notario, ne audeant ſtipulari Inſtrumenta vlla Patrimonij ſine noſtra expreſſa antecedenti participatione, & licentia, ſub pœna nullitatis ſtipulationis in contrarium factæ.

8 Nemo ad primam Tonſuram per Nos erit admiſſus accedente in eo ſuſpicione, quod hæc petatur ad iudicium ſeculare fugiendum. Quòd ſi nonnulli ætate prouecti velint Clericali militiæ aſcribi, non ſolùm examinentur circa Tonſuram, & Ordines Minores, ſed etiam circa Sacros: & quatenus ad omnes idonei non reperiantur; monemus noſtros Examinatores, vt cautè procedant in eis approbandis,

Conc. Trid. cap. 4. Seſſ. 23. de ref.

Seſſ. 23. de refo. 11.

dis, etiam ad Tonſuram, in memoriam redigentes diſpoſitionem Sacri Concilij Tridentini, qua iubetur, neminem minoribus Ordinibus initiandum, quē ſcientiæ ſpes dignum maioribus non oſtendat.

9 Nemo ad ſacros Ordines admittatur, niſi in actu examinis ſciat ordinare diuinum Officium, etiam ſi in ſcientia, & aliàs reperiatur idoneus, ac niſi in cantu gregoriano conſtet fuiſſe competenter inſtructum.

10 Ordinati ab alieno Epiſcopo cum noſtris litteris dimiſſorialibus, debeant ſe præſentare in noſtra Cancellaria, & ibi regiſtrari facere litteras ſuarum Ordinationum intra menſem, ſub pœna ſcutorum trium.

11 Clerici, qui ſuæ non inſeruierint Eccleſiæ, Doctrinamquè chriſtianam pueros quibuſcumque Dominicis non edocuerint, & debita modeſtia atq; Eccleſiaſticarum ornamento virtutum non fuerint exornati, certiſſimè ſciant, ſe fruſtra progreſſum ad altiores ordines eſſe tentaturos.

De Sacramento Matrimonij. Titulus XXI.

MAtrimonium, quod altera Synodo in Eccleſia celebrari prǽuijs denunciationibus ex Tridentino requiſitis ſancitum eſt, declaramus in ea tan-

tùm

tùm Ecclesia celebrari posse, quæ Parochialis sit, & ante celebrationem de mane, non autem post prandium fieri, nisi Nos aliqua de causa aliter decreuerimus. Cùm autem Sponsis benedicendum erit, benedictionem in ipsa Missæ celebratione, cui ipsi intersint, Parochus elargiatur. Si qui verò contracto Matrimonio benedictionem non susceperint; ad Ecclesiam quàmprimùm, ad illam suscipiendam, reuertantur. Quòd si facere neglexerint, Parochus teneatur post decem dies Nobis, aut Vicario Nostro Generali denunciare.

2 At si quando denunciationes prædictæ annuentibus Nobis, aut omnes, aut aliquæ omitterentur (quod non nisi ex iusta causa permittendum erit) debent immediatè subsequentibus deindè diebus festiuis fieri. Coniugatis verò in casu, quo ab Episcopo datur earumdem denunciationum dispensatio, iniungatur nostro nomine præceptum, vt interim sub excommunicationis pœna latæ sententiæ a carnali copula omnino abstineant.

3 Si de non libera voluntate Puellæ Parochus aliqualem non irrationabilem suspicionem habuerit; id ad Nos deferat, nec ad vlteriora procedere audeat absque nostro consilio, ac facultate.

4 Si quos reperiat Coniugandos, qui fidei rudimenta, ac necessaria mysteria Christianæ religionis ignorent; eos paternè moneat, ad tertiam se non progressurum esse denunciationem; nisi ea priùs ipsi

cuncta

cuncta didicerint: & reuerà nequaquam vlteriùs procedere audeat.

5 Parochus si animaduertat dissidium inter cõiuges irrepsisse, eosquè diuersis habitare sub tectis; sedulam præbeat operam, vt eos ad maritalia pacis, & charitatis, & cohabitationis vincula reuocet. Quod si frustra diligentiam adhibuerit, Nobis id manifestet, vt opportuniora remedia præbeamus.

6 Vagos vtriusque sexus ad suas Parochias simul aduentantes exploret Parochus, an verè sint sacro matrimonij ligamine copulati: & legitimam matrimonij fidem sibi postulet ab illis ostendi. Quòd si vel negauerint, vel falsas esse testimoniales ostensas chartas ipse repererit, ad Nos, vel ad nostrum Generalem Vicarium cuncta deferat, vt agenda a Nobis maturiùs deliberentur, & validiùs perficiantur.

7 Vt venerabile Matrimonij Sacramentum precocium criminum veneno non inficiatur; Parochi oneratus conscientiam, ne prætermittat admonere Sponsos, eisquè præcipere, vt caueant a colloquio domestico, nisi vel Sponsæ Genitores, vel duo ex Cognatis semper adstent, effrenem, & abominabilem Sponsorum licentiam coercituri. In hoc tam lubrico animarum periculo Parochus non obmutescat: ne ouium suarum pernicies in animas suæ coram omnipotente Iudice detrimenta pertranseat.

8 Quod si Sponsi obedire neglexerint Parochorum prçcepto, & soli absque arbitris ausi fuerint conuersa-

uersari; pœna decem librarum ceræ albæ Parochiali Ecclesiæ illico applicandarum mulctabuntur, alijsquè arbitrio nostro pro ratione culpæ, atque inobedientiæ infligendis. Et Parochi, tales trasgressores Nobis non denunciantes, per duas hebdomadas sint suspensi a Diuinis.

De Sacris Oleis. Tit. XXII.

1 SAcra, Sacrorum Canonum iussu, non nisi sacro Ritu tractanda, sanctaquè, ac religiosa custodia sunt asseruanda: itaque sacra Olea ab omnibus, ad quos spectat, ea, qua decet reuerentia, in Ecclesia habeantur, seruentur, & custodiantur.

2 Nouis autem iam confectis, nullo modo ad Sacramentorum vsum adhibeantur vetusta, nisi extrema cogente necessitate. Ea verò, quæ bombacio non sunt immixta, in lampade coram Sacra Eucharistia collucente comburantur: quæ autem sunt permixta, bombacio combusto, cineres in Sacrario reponantur.

3 Sacro Oleo deficiente, si aliunde haberi non possit, hæc ratio ineatur. Oleum non consecratum guttatim consecrato infundatur, ita tamen, vt non consecratum, quod infunditur, minoris consecrato sit quantitatis.

De Horis Canonicis. Titulus XXIII.

1 VT insuper non interessentium diuino officio effectiuus DD. Canonicorum numerus semper appareat, & distributionibus priuentur absentes, & præcipuè cùm ex Decreto Sac. Congreg. ad preces Eminentiss. D. Card. Cincij Episcopi recolen. memoriæ emanato, *& in fine registrando* eædem distributiones debeant arbitrio nostro Sacristiæ seruitio cedere; Quapropter mandamus, vt Punctatores fideliter, & distinctè suo fungantur officio, & statim quacumque Officij parte completa in particulari libro (memores iuramenti præstiti ad formam Decreti Eminentiss. D. Card. Cybo) describant non interessentes singulis horis consuetis signis, ex quibus cuiuscumque defectus constare possit: & factis huiusmodi annotationibus, prohibemus ne quis audeat eas propria auctoritate delere, adulterare, seu quomodolibet maculare sub quouis prætextu; & quatenus quis grauatum se senserit, iura sua ad Nos deferat: mandantes pariter pro adimplemento eiusdem Decreti, vt summa ex dictis distributionibus proueniẽs in nullã rẽ erogetur Nobis inconsultis, sub pœna indebiti soluti DD. Sindicis pro tempore existentibus.

2 Maledictio illa in Ieremia iux.70. comminata, *Maledictus, qui facit opus Dei negligenter*, omnium corda pulsare debet: sed ab ecclesiasticis Personis, ab ijsquè, qui Horis Canonicis recitandis sunt astricti, est quidem potissimùm metuenda.

3 Cuius rei periculum, atque vim tam formidabilis sententiæ agnoscens Innocentius Papa Tertius in Concilio Generali Lateranensi suam edidit Constitutionem contra eos, qui dum sacris celebrandis in choro assistunt, silentium frangentes exterioribus collocutionibus intendunt; auditum ad indebitos sermones effundunt; & intentas (vt docet) aures ad Diuina non porrigunt, sub pœna suspensionis, ac in virtute Sanctæ Obedientiæ districtè præcipiendo, vt diuinum Officium nocturnum, diurnumq; studiosè pariter, ac piè, & deuotè celebrent.

4 Quapropter Clericorum nostrorum plerosq; in Horis canonicis incuriosè recitandis sæpè delinquere suspicantes, cupientesquè maledictionem, suspensionem, atque etiam inobedientiæ Apostolicę crimen ab eis auertere, simulquè scandalum (quo quidem affici solent Fideles, cùm in Ecclesia Clericos audiunt sacrarum Horarum munus nimiùm festinanter, & absque vllo animi studio, ac pietate persoluentes) de medio tollere; præter ea, quæ hac de re in priori Synodo sunt statuta, Decernimus, vt omnes memorati Clerici, ac etiam Moniales attento, deuotoquè animo clara, distinctaquè vocis prolatione,

ne,

ne, Breuiarij librum perlegentes Horas Canonicas recitent, in ipsam Apostolicam Constitutionem respicientes hic subijciendam, vt sequitur.

Constitutio Innocentij Tertij in Concilio relata in Cap. 9. de Celebratione Missarum.

1 Dolentes referimus, quòd non solùm quidam Minores Clerici, verùm etiam aliqui Ecclesiarum Prælati circa comessationes superfluas, & fabulationes illicitas (vt de alijs taceamus) ferè noctis medietatem expendunt, & somno resid.um relinquentes, vix ad diurnum concentum auium excitantur, transcurrendo vndique continua sincopa Matutinum. Sunt & alij, qui Missarum solemnia vix celebrant quater in anno, & (quod deterius est) interesse contemnunt: & si quando, dum hæc celebrantur, intersint; Chori silentium fugientes intendunt exteriùs co locutionibus laicorum: dumquè auditum ad indebitos sermones effundunt; aures intentas non porrigunt ad d.uina. Hæc igitur & similia sub pœna suspensionis penitus inhibemus, districtè præcipientes in virtute sanctę obedientię, vt diuinum Officium, nocturnum pariter, & diurnum, quantùm eis dederit Deus, studiosè celebrent pariter, & deuotè.

2 Insuper communi commodo Canonicorum nostrę Cathedralis, Missas vt plurimùm celebran-

tium eo tempore, quo manè fit pausa, Nos inuigilantes, & insimul populi satisfactionem plurimùm optantes, decernimus, quòd spatium dictę pausę sit in diebus festiuis vnius horę, in diebus verò feriatis sit trium partium vnius horę ad minùs. Prohibemus propterea Sacristę, Subsacristę, & campanarum Pulsatoribus, ne audeant signum campanę, qua dicti DD. Canonici reuocantur ad Chorum committere, & dare respectiuè; nisi lapso dicto temporis spatio, vt supra prefixo, sub pœnis arbitrio nostro infligendis.

De RR. DD. Priore, & Canonicis. Tit. XXIV.

1 DEcernimus vt Canonicus Camerarius, seu Capituli Sindicus, cùm distributiones quotidianę diuiduntur, curet vt illę pro rata laboris, atque officij distribuātur; & Declaramus, & volumus locum habere, quatenus ij, quibus distributiones debentur de omnibus, & quibuscumque consuetis Ecclesię expensis satisfecerint: quoniam si satisfactionem huiusmodi quis prestare neglexerit; non intendimus, vt quicquam ei, Nobis inconsultis, dictarum distributionum etiam lucratarum nomine persoluatur.

2 Nemini liceat munus, & officium a Capitulo sibi demandatum recusare, nisi iusta, ac legitima de

cau-

causa, quæ Capituli suffragijs comprobetur. Qui verò renuerit; distributionibus vnius mensis careat: & si quis hac de re se grauatum putauerit; recursum ad Nos habeat.

3 Omnes tam Prior, & Canonici Cathedralis, quàm alij Clerici quicumque Nobis Missam, aut Vesperas solemni cæremonia seu ritu cantantibus, vel alijs Pontificalibus solemniter gerentibus, actibus seu functionibus ad finem vsque ab initio interesse, Nobisquè assistere, & inseruire teneantur. Tum Cappa indutos ex Aula Palatij ad Ecclesiam progredientes, & in idem Palatium redeuntes comitari debeant, quemadmodum obseruatum hactenus fuit laudabiliter, & in nouo Episcoporum Cæremoniali disponitur.

4 Preterea liceat insimul nemini cuiuscumque dignitatis, vel ordinis sit, Nobis Pontificali ritu celebrantibus, aut in alijs ad cęremonias spectantibus se se in aliquo intromittere sinè Magistri Cęremoniarum nutu. Quinimmo pręcipimus, vt omnes in rebus ad officium huiusmodi spectantibus illi absque vlla contradictione obediant sub pœnis arbitratu nostro infligendis.

5 Si Canonicus quicumque, dum Diuina peraguntur, Missam celebrandi causa a Choro discesserit, tamquam absens illius Horę distributionibus priuetur. Verùmtamen si propter Sacerdotum absentiam, qui tunc Missę sacrificium peragant, necessitas

ali-

aliquando inciderit, Pręfectusquè Chori Canonicum celebrare iusserit; distributionem lucrabitur. Caueat tamen Pręfectus, nè pręter necessitatis casum hoc mandet: id enim iubendo sibiipsi nocebit, & alterius peccatum ipse portabit.

6 Tabella, statutas diuinis persoluendis laudibus continens horas, in conspicuo Sacrarij loco cernatur, neque sine nostra, vel nostri Generalis Vicarij licentia horę mutentur.

7 Nullus Canonicus officiũ, ad quod maioris partis Electorum suffragijs fuerit electus, audeat recusare sub pœna arbitrio nostro decernenda, & applicanda Cathedralis Sacrario: nisi legitimum habuerit impedimentũ a Nobis examinandum, vt iam tetigimus.

Regulæ pro Horis Canonicis magna cum perfectione recitandis ex Actis Ecclesiæ Mediolanensis sub Diuo Carolo potissimum excerptæ.

1 OMnes in Choro statis horis assistite, & ad Deum pro Fidelibus pias, religiosasq; fundite precationes.

2 Dum eo in loco estis, memores estote adesse Christum Dominum, cui seruite cum timore, ac tremore.

3 Non pigri, non somnolenti, non oscitantes adstate, non mente vaga, non vagis oculis, non indecenti corporis statu.

4 At-

4 Attendite, ſtudioſè, ritè, piè, & religioſè diuinas laudes concelebrare: pſallite Deo in conſpectu Angelorum, cantantes in cordibus veſtris Domino.

5 In Choro nemo priuatè, nemo tacitè officium recitet: ſed omnes vno ore laudate nomen Domini.

6 A quibuſcumque colloquijs, & litterarum, & librorum lectionibus, atque omni vagatione abſtinete.

7 Pro temporum ratione ſtate, ſedete, genuflectite, caput aperite, & inclinate, accuratèque omnia obſeruate, vt veſtro exemplo alijs ritè, & ſanctè orandi animum addatis.

8 In pſalmorum, canticorum, & hymnorum intelligentiam ſtudioſè incumbite, affectum excitate: non ad Eccleſiam lucro diſtributionis adducti, ſed Dei charitate, Religioniſquè cultu commoti diuinis officijs adſtate, vt verè, & ex animo Pſalmi verba illi concinatis, *Voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum eſt.*

9 Diuinis officijs abſolutis paulatim omnes in Choro piè orate: modeſtè & ordinatim ad Sacriſtiã redite, ibiquè ſuperpellicea ſine ſtrepitu vllo, & ſuſurratione deponite.

10 Canonicales veſtros conuentus ſtatis hebdomadæ diebus capitulariter habete: omnes, qui debetis, ad illos conuenite: inde ne diſcedite, niſi miſ-

ſione a Capituli Præfecto impetrata: ſinguli ordine, & loco ſedete: ſententiam modeſtè dicite, & ſuo quiſque loco, non præpoſterè: a verbis ſcurrilibus abſtinete: in rebus conſultandis rixas, iurgia, & contumelias cauete: in initio, & fine Capituli conſuetas orationes dicite: priori loco tractanda proponite, quę ad diuinum cultum, ad ſpiritualis vitæ progreſſum, & ad Eccleſiaſticam diſciplinam tuendam ſpectant: deinde quæ ad rerum temporalium gubernationem pertinent, ne negligite.

11 Omnia in primis agite pace mutua, & concordi voluntate: charitate fraterna vos inuicem diligite, fratres enim in Chriſto eſtis, vno pacis, & charitatis fœdere coniunctiſſimi.

12 Hæc omnia Diuus Carolus, quibus etiam addere viſum eſt ſequentia Beati Pij V. monita, a pijſſimo quodam Preſule in ſua Diœceſana Synodo exarata.

13 Rerum inanium cura, & omnium negotiorum ſollicitudo relinquenda.

14 Poſtulandum a Deo, vt eum attentè, & deuotè, ac ſtudioſè laudetis.

15 Vocibus modulatè compoſitis mens veſtra bene inſtructa reſpondeat.

16 Cordis attentione ſtudendum, vt puris verborum laudibus Diuina Maieſtas concelebretur.

17 Hierarchię Angelorum diuinas laudes in Cęlo proclamantium mentis oculis ſunt proponendę.

18 Hu-

18 Humili precatione Sanctorum patrocinium implorandum, illius præſertim, cuius officium recitare continget.

19 Nunquam Officium inchoandum, niſi collectis ſenſibus, ac præuia mentis eleuatione in Deum.

20 Cauendum a verbis inutilibus eſt, eo maximè tempore, quo itur, vel paulò poſt eundum eſt in Chorum.

In ipſis Horis.

1 NOuerit Canonicus in ſortem Domini vocari, vt diuinis laudibus nomine publico vacet.

2 Singuli huius miniſterij officio ſe inter Angelorum Choros verſari contemplentur.

3 Diuinam præſentiam pſallendo reuerenter adorent.

4 Attentionem in verbis ſingulis (quam frequenter excitabit Dei, quem alloquuntur, recordatio) adhibere conentur: diſtrahentes importunas cogitationes expellant: & quoties aliò mentem diuertiſſe cognouerint, eam toties colligendo ſtatim dirigant in Deum.

5 Corpus modeſtè, ac deuotè componant, & oculos pręſertim cuſtodiant, vt ſint debitæ attentionis miniſtri.

6 Si quod verbum dicere, vel reſpondere oportebit; citò ac breuiter ſe expediant.

7 Quæ recitant, aut canunt, ex libro ſibi parato, non ex memoria depromant. Offerant Deo pro ſe ipſis attentionem, ac deuotionem tot Sanctorum, quam illi in exſoluendis diuinis officijs ſedulò adhibuerunt.

Poſt Horas.

1 DEo gratias agant, quòd acceſſum habuerint ad eius laudes, & colloquia.

2 Petant humiliter veniam errorum omnium, quos in hac diuina functione commiſerint: linguam veluti inſtrumentum Deo dicatum cautè cuſtodiant: cordis affectiones ita componant; vt externæ conſonent verborum modulationi.

3 Moribus, ac vita Deum perfectè laudare conentur: ſuperfluarum rerum curis ne implicentur, vt moleſtos cogitationum ſtimulos euitent. Quæ verba in pſalmodia magis ſibi fructuoſa guſtauerint, ea diutius in mente conſeruent.

4 Harmoniæ rerum creatarum ſincero, ac fideli earum vſu omni tempore concinant: & ad ſupernum Chorum aſpirent, vbi in Diuinis præconijs perpetuò exultent.

5 Myſteria Paſſionis Chriſti Domini, quibus Horæ canonicę reſpondent, memoria ſępè reuoluant: culpabile namque eſt, vt ea, quę toties lingua recolit, mente cadant.

De

De Indulgentijs. Tit. XXV.

1 NE Indulgentiarum thesauris e ditissimo Sãctę Matris Ecclesię depromptis ęrario cõtingat Fideles abuti, ipsosue decipi, vel quia Indulgentię legitima aliqua de causa reuocatę iam fuerint, aut sub reuocationibus comprehensę, vel ab initio ob aliam similem in eadem Ecclesia concessam nullę fuerint, vel ob tempus, ad quod sunt concessę, iam sit elapsum; Ideo sancimus, vt omnes, & quarumcumque Ecclesiarum Rectores, Confraternitatum, & aliorum piorum Locorum Administri quicumque intra duos menses a pręsentis Synodi publicatione sese contulisse debeant in Nostram Episcopalem Cãcellariam; omnes insimul, & quascumque litteras Indulgentiarum, ceteraq; ad id pertinentia suis Ecclesijs concessarum exhibendo.

2 Cui ię verò Nostrę Cancellarius omnium, & quarumcumque Indulgentiarum tam hactenus concessarum, &(vt pręfertur)exhibendarum, quàm in futurum concedendarum in peculiari libro cum necessarijs clausulis, ac tempore, quo illę datę, aut dandę fuerint (prout aliàs iussum est) diligenter describere teneatur.

3 Cùm non tantùm indulgentias adipiscantur Fideles, qui blasphemos denunciant, quiquè Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum associantur cum

ad Infirmos deferri contingit; verùm etiam, qui ad Orationem quadraginta Horarum conuenerint, si tamẽ hęc a Sũmo Pontifice impetrata fuit; propterea volumus, vt Parochi crebrò denuncient eas Populo, cùm peropportuna sese obtulerit occasio, & Bullas ipsas, seu Constitutiones publicent.

4 Quotiescumque Summi Romani Pontificis pia liberalitas alicuius Indulgentiæ, seu Iubilæi thesaurũ Fidelibus elargitur; Parochi ad Populum sermonem habeant, doceantquè Indulgentiarum pretiositatem, virtutemquę, & necessitatem; ne Animæ, quæ vix diẽ vllum sine aliqua culpa transigunt, longo nimis tempore in acerbissimis Purgatorij pœnis detineantur.

3 Necnon enuncient, quid opus sit peragere ad indulgentias adipiscendas, & quas preces, pro quibusquè fundendæ sint. Admoneant, valorem indulgentiæ non extendi nisi ad ea peccata, quorum hominem pœnituerit: non enim indulgentia aufert peccata, sed pœnas, & non omnium criminum aufert pœnas, sed eorum dumtaxat, quorum culpæ reatus per pœnitentiam deletus est.

De Reuerentia Ecclesijs exhibenda. Tit. XXVI.

1 QVòd de capite mulierum in Ecclesia velando, voce Apostolica institutum, Pontificio

cio Canone roboratum, & per Eminentissimum Dominum Card. Cybo in altera Synodo memoratũ est; eo fortiùs de pectore velando intelligendum esse decernimus. At quia diabolica fraude vtrumq; à quibusdam vellet omitti; hortamur in Domino studiosissimè, vt Mulieres, cuiuscumque gradus, vel conditionis illæ sint, in Ecclesia velato capite, nec non cooperto pectore assistant, sibi in Animo reuocantes, pœnas grauissimas sese daturas Deo pro scandalo, & ruina, quam animabus suis, & aliorum important.

2 Volumus autem, & districtè præcipimus, vt eædem Mulieres non bene velatæ, & contectæ, in sanctissimis Ecclesiæ Sacramentis, Eucharistiæ scilicet, Pœnitentiæ, & Matrimonij; ac in leuando de sacro Fonte, vel Confirmatione infantes, puerosquè non admittantur. Decernentes insuper, eas ipsas censẽdũ esse id nõ adimpleuisse, quando velo trama densiore confecto, aut panno honestissimè omnino non tegantur, vt ipsamet exposcit christiana modestia. Quòd si aliquis Sacerdos huic nostro mandato obedire neglexerit; suspensionem a Diuinis Nobis reseruatam incurret ipso facto per integros immediatè sequentes septem dies.

3 Rectores, & Administratores quicumque sedulò curent, vt parietes, omnesquè tàm intus, quàm foris Ecclesiæ partes immunditijs omnibus expolitæ custodiantur: & propterea octauo quoquè die saltem scopis mundentur; & solemnioribus festis diebus

præ-

præcipuè: ſemel autem omnino in menſe a puluere, aranearumquè telis expurgentur.

4 In Eccleſiam haſtas, ſclopos, vel alia armorũ genera deferre nemo audeatſub pœnis noſtro arbitrio infligendis.

5 Pauperes quoquè pro quærendis eleemoſynis per Eccleſiam non diuagentur: ſed foribus ſiſtentes ſuæ paupertati ſubſidium expetant.

6 In Eccleſijs, quæ domus ſunt orationis, ſeculares actiones omnes fieri omninò prohibemus; nemo propterea in Eccleſia deambulare audeat, nec circulos habere ad garriendum, aut vagari, aut Altaribus & Santiſſimo Euchariſtiæ Sacramento terga vertere, vel denique in ea quocumque modo irreuerẽter verſari, inhęrentes Nos præcipuè Bullæ Beati Pij V. incipien. Cùm primùm, Anno 1566.

7 Præterea cùm in Eccleſia conuiuari ſit apertè nimis Eccleſiam ipſam contemnere, omnes, & quaſcumque commeſſationes, & compotationes in Eccleſijs atque illorum Sacellis, Atrijs, ſeu Porticis fieri omnino prohibemus ſub grauiſſimis arbitrio Noſtro decernendis pœnis.

8 Præſertim verò litteris Sacræ Epiſcoporum, ac Regularium Congregationis inhærentes, omnibus, & ſingulis tam Laicis vtriuſque ſexus, quàm Eccleſiaſticis etiam Regularibus comeſſationes, & compotationes illas, quæ feſtiuitatibus ſecunda, & tertia Sanctiſſimę Reſurrectionis Dominicæ die quotannis

nis in Ecclesia Fratrum S. Francisci Minorum Reformatorum, atque etiam in Ecclesia Fratrum Capuccinorum extra, & prope Ciuitatem fieri consueuisse dicuntur; auctoritate eiusdem Sac. Congregationis Nobis attributa vetamus, ac districtiùs prohibemus sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ, alijsquè arbitrio nostro infligendis censuris, & pœnis.

9 In quibus quidem pœnis omnes, & singulos etiam Regulares volumus incidisse, qui ad ipsas commessationes cibos quoscumque, aut potus quomodolibet attulerint, vel ministrauerint, aut easdem permiserint, vel cùm possent, non impediuerint. *Litterarum verò Sac. Congregationis tenor infra in Appendice describetur.*

10 Virorum, necnon mulierum loca sint in Ecclesijs distincta, vt hac nostra Synodo titulo *De Verbi Dei prædicatione* statuimus; nec viri inter mulieres permittantur admixti sedere: & Rectores, si qui moniti non discedant, nobis denuncient puniendos.

11 Si verò accidat, vt in Ecclesia temerario ausu aliqui non dubitent verbis vti loco sacro penitus indignis, & honestati quandoque actio, seu gestus non respondeat; persuasum cuiq; esse volumus, per nos merita seueritate puniendos quoscumque in hoc enormi flagitio deprehensos: ac propterea mandamus Rectoribus ijsdem, vt illos ad nos deferãt. Quòd si id præstare detrectauerint, ipsi pœnas se daturos certò sciant.

12 Capſulas ad eleemoſynas pro Miſſis celebrandis, vel quid ſimile ad colligendum in Eccleſijs non apponantur, & appoſitæ ſub pœnis Decreto Sac. Congregationis Vrbani Octaui iuſſu edito contentis, & explicitis, amoueantur.

13 Quoad Eccleſias præſertim Rurales enitendum eſt, vt arbores ab illarum parietibus procul abſint; ne radicibus noceant illis, vel a ramis tecta offendantur. Præterea ne ipſiſmet quod immundum eſt, adhæreat; tum ab ijſdem lapidum maceries, letamina, & alia immunda quęcumque omnino transferantur; & in poſterùm nullo vnquam tempore, & loco circumponantur.

14 Scamna in Eccleſia pro diuinis audiendis parata, Nobis inconſultis de loco ad locum non amoueantur ſub pœna contrafacientibus amiſſionis loci, necnon ſcamni, abſque vlla ſpe illud in poſterum reponendi, alijſquè arbitrio noſtro inſligendis. Qua in re volumus pariter Edictum per Nos promulgatũ, *& inferiùs deſcribendum* omnino ſeruari.

15 Cùm laudabilis illa conſuetudo Eccleſię campanas in ſacris ſolemnitatibus, & funerum occaſionibus pulſandi rationabilem modum adeò exceſſerit, vt quod piè antea fuit inſtitutum, multis moleſtum eueniat: etenim perſæpè contingit, vt campanarum pulſatores, præſertim ex Regularibus vtriuſque ſexus, feſtos dies ſuarum Eccleſiarum diu noctuquè perpetua pulſatione totam Ciuitatem moleſtiſſimo

ſtre-

ſtrepitu ſex, aut etiam octo diebus præuenientes, angant, & affligant; ægris ſomnum, quietem ſtudioſis, orantibus mentem perturbando; Quarè huiuſmodi incommodo occurrere volentes, ac tollere de medio, omnes, & quoſcumque præſertim Regulares hortamur, nec non obſecramus in Domino, vt rationabili obſequio erga Deum, & Sanctos intenti, inſimul caueant, ne huiuſmodi vexationibus Ciues nullo religionis augmento torqueant, ægroſquè contriſtent.

15 Pulſatores igitur Campanarum, & Sacriſtis etiam Regularium vtriuſque ſexus duobus, vel tribus ante feſtum diebus campanarum ratione ſolemnitatis pulſationem incipiant; & id tribus diei temporibus, primo circa meridiem, ſecundo ad veſperas, tertio poſt ſolis occaſum peragant: ille autem ſonus vltra vnius horę quadrantem pro qualibet vice non excedat.

16 Sic hortamur omnino fieri: & hæc ratio a Monialibus occaſione, qua Monaſterium ingrediuntur, habitumquè ſacrum ibidem induunt Puellę, aut quauis alia de cauſa, ſeruetur.

17 Quod verò pertinet ad ipſas Defunctorum exequias, admonitos volumus Sacriſtas, vt campanarum pulſatio tum in Parochia, tum in Eccleſia, in qua ſepeliendum fuerit cadauer, protrahatur, quamdiu Proceſſio ipſa, in qua idem cadauer defertur, lugubri pompa ex ritu Eccleſię durabit, nec vltra extendi volumus.

18 Prope quascumque Ecclesias, & Oratoria, præsertim eo tempore, quo Missæ, aliaue sacra, & diuina officia peraguntur, habetur Concio, vel Christiana Doctrina docetur; choreas, cantus, saltus, vel alia profana exerceri prohibemus. Item ne pila, rotula, vel alio quouis ludorum genere ludatur. Præterea ne timpana pulsentur, aut quidquam fiat aliud, vndè scandalum, seu irreuerentia Domui Dei exoriatur: sicuti etiam ex clamoribus, strepitibusquè solet prouenire, ac proinde hos pariter eliminare omnino oportet; & Nos districtè iubemus, vt omni studio, & diligentia id fiat. Contra illos, qui secus fecerint; grauissimas adhibebimus pœnas in nostris Edictis expressas, præcipuè verò in vltimo super hac re promulgato, *& in fine hic describendo*. Quas easdem pœnas eos subire volumus, qui prope Monialium Monasteria præmissa perpetrauerint.

19 Vt verò qui Missæ sacrificio intersunt, ea qua possunt maiori corporis compositione id præstent, sicut alijs Diuinis laudibus ibidem celebrari consuetis; omnes viri mantello, seu pallio, aut quouis pro more locorum exteriore amictu tunc temporis sint decenter vestiti, ijs tantùm exceptis, quos tali veste paupertas carere coegerit.

20 Venerationi adeò debitæ Ecclesijs, religiosisquè Domibus consulere satagentes, strictè præcipimus, ne impudicæ mulieres prope hæc sacra loca domos conducere audeant: at si modò conductas habi-

tent; quamprimùm aliam ſibi remotionem inueniant ſub carceris pœna, alijſquè noſtro arbitrio certiſſimè infligendis.

21 Quoniam ieiunij tempore longi abuſus corruptela introduxit prope Eccleſias, vbi feſtiuitas aliqua populi cauſat frequentiam, venundari cibaria ad ieiunij fractionem illicientia; quapropter id prohibemus omnino ſub pœna amiſſionis earumdem comeſtibilium rerum, alijſquè, quas opportunas ad talem abuſum eliminandum Nos arbitrabimur.

22 Cùm nefas ſit, domum Dei domum fieri negotiationum; ſancimus, ac diſtrictè mandamus, nullos quacumque in Eccleſia contractus poſſe celebrari, præter matrimoniales, alioſue ad pietatem immediatè ſpectantes: vetamuſquè quoſcumque citationũ actus per baiulos ibi poſſe exerceri; declarantes (ſi ſecus fieri contingat) contractus, & citationes in ſacris Ædibus initas vitio ineuitabilis nullitatis ſubiacere; & cõtrahentes baiuloſquè pœna a Nobis decernenda fore plectendos.

De Proceſsionibus. Titulus XXVII.

1 Confratres ſacco Proceſſionibus intereſſentes bini ſemper, quaſi geminam charitatẽ præſeferentes, procedant; Hymnoſque, & Pſalmos

de more Ecclesiæ inter gradiendum modestè, & piè canentes, ab ordine non discedant.

2 Inter simplices Sacerdotes ordo huiusmodi seruetur: nempe temporis ratione inter se habita quo Sacerdotium susceperunt, ante Parochum ordinatè procedant.

3 Lignea, vel fictilia Sanctorum simulacra, aut alia in Processionibus non deferantur, nobis antea inconsultis.

4 Induti sodalitatis habitu per plateas, viasquè non vagentur, eoquè minus non diuertant ad tabernas: aliter inobedientes seuerè admodùm punientur.

5 Occasione Processionum profana spectacula non exhibeantur, repræsentationesquè, quæ licèt sint sacræ, quandoque ad risum potiùs, quàm ad pietatem mouent adstantes. Decretum verò de profanis, & obscœnis Imaginibus non exponendis in Ecclesijs, etiam in Processionibus locum habere declaramus.

6 Tormenta bellica, seu etiam manualia (quæ scoplos dicunt) in Processionibus SS. Sacramenti adhiberi permissa, numquam de cætero a quouis explodantur sub excommunicationis pœna, nisi postquàm qui Sanctissimum Sacramentum gestat, pertransierit, & longiusculè sit progressus: neque in explodendo versùs Processionem vnquam se vertant; at potiùs aliò auertantur; vt omnis periculi, atque scandali occasio euitetur.

7 Pro-

7 Processiones post occasum Solis non fiant, neque ante ipsius Solis ortum sub quouis prætextu sinè nostra expressa licentia in scriptis: quia hostis humani Generis semper, & vbique circuit quærens, quem deuoret, præcipuè verò inter tenebras: & ideo non solùm generaliter omnes Processiones nocturno tempore prohibemus vt supra, sed in specie vetamus etiam in posterùm omnibus mulieribus cuiuslibet gradus, & ætatis, ne audeant occasione associationis SS. Corporis Christi ad Infirmos per vias vagare nocturno tempore, sed domi sese contineant, corde & animo indè Sanctissimum venerantes: & credant æquale meritum hoc modo, se fore consequuturas: & ideo Parochis quibuscumque iniungimus, necnon Sacristis, & alijs Ecclesię Ministris, ne eas admittant ad ingressum Ecclesię occasione pręfata tempore nocturno, sub pœnis nostro arbitrio infligendis.

8 Eodem modo prohibemus Processiones tempore, quo concio fit, & signanter in diebus festis Sanctissimę Paschatis Resurrectionis, & in feria quinta Cœnę Domini, qua die Imagines Sanctissimi Crucifixi nullatenus deferantur absque velamine sub pœna Sacerdotibus suspensionis *a Diuinis* per mensem ipso facto incurrendę; Confratribus verò Secularibus sub pœna scutorum quinque locis pijs applicandorum toties, quoties, omni &c.

9 Summo mane, vel die pręcedente sacras Supplicationes vię omnes, per quas transire debebunt,

ab

ab incolis adiacentium domorum abſtergantur a ſordibus, & euerrantur. Artificum quoque apothecę claudantur, ipſaque opera ſeruilia exercere non audeant; niſi ab eorum conſpectu priùs abierit tota proceſſio.

De Eccleſijs, & ſacris Aedificijs. Titulus XXVIII.

1 PRohibemus in primis, ne in Eccleſijs, Oratorijs, Cappellis, Altaribus, aut in eorum atrijs, ſeu porticis vlla imago, inſignia, memoria, inſcriptioquè apponatur, vel quidquam aliud innouetur in eis abſque noſtra facultate in ſcriptis obtinenda.

2 Minùſquè ſuper eas, vel ea cubicula, ſeu quoduis ædificium, & loca ad habitandum, deambulandum, vel dormiendum, alioſue priuatos ad vſus extruere, aut ædificare quemquam volumus. Quinimmò ſi quę hodie extant ędificata; illa omnino prohibemus, & interdicimus: prout inſimul prohibemus Eccleſiarum Domos ipſis Eccleſijs, vel Oratorijs adhęrentes Perſonis laicis, & pręcipuè mulieribus locari.

3 Campeſtres quoque Ædiculæ, quæ prope publicas vias ſunt ædificatæ, nullum habebunt ibidem Altare. Si quod autem reperiatur in præſens; ſtatim amo-

amoueatur: & nisi sarta, tectaquè, nec non etiam valuis, clauibusquè munitæ, & conclusæ permaneant; curent Vicarij nostri foranei, vt omnino demoliantur, & maceriæ, seu cæmenta seruentur in vsu non sordido arbitrio nostro applicanda.

4 Omnia prçterea, & singula Oratoria, seu Cappellas nullam habentes portam, quç viç publicç adiaceat; aut si alia in eis extat porta, quç ad aliquam domum ducat, vt proinde a priuatis domibus separata non sint; aut tandem per ipsas domos ad ipsas Cappellas, vel Oratoria accessus, seu prospectus pateat; tamquam comprehensas, & comprehensa in prohibitione felicis recordationis Pauli V. *de non celebrando in priuatis Oratorijs*, suspendendas, & suspendenda fore, & esse decernimus, & declaramus; quẽadmodum hac prçsenti Constitutione nostra suspendimus, & omnino interdicimus, donec Summi Pontificis priuilegium, ad quem ea concedere spectat, Nobis ostendatur. Decretum verò Pauli V. suprà memoratum, & apud P. Nicolium impressum *infra ponetur*.

5 Prohibemus prçterea omnibus, & quibuscumque Sacerdotibus tam Secularibus, quàm Regularibus, ne Missas in Oratorijs, seu Cappellis huiusmodi celebrare prçsumant, sub pœna suspensionis *a Diuinis* ipso facto incurrenda.

6 Oratoria quoque, aut Cappellas, quamuis publicas, nec non Altaria in quibusuis Ecclesijs existentia;

ſtentia; niſi infra duos menſes à die publicationis harum Synodalium Conſtitutionum, per eos, quorum intereſt, de omnibus neceſſarijs pro Miſſis inibi celebrandis, vel ſaltem de ſuppellectilibus prouideantur, alijſquè in notula de noſtro ordine deſcriptis, *& inferiùs ponenda*, pari modo ſuſpendimus, ac in eis Sacrũ fieri ſub eadem ſuſpenſionis pœna prout ſupra incurrenda, omnino prohibemus.

7 Vt autem Eccleſiarum decor, cultuſquè diuinus augeatur; omnibus, & quibuſcumque tum eccleſiaſticis, tum laicis Perſonis noſtræ ſubiectis ditioni, ad quas iure ſpectat, diſtrictè iniungimus, vt decreta, omniaquè in præteritis viſitationibus edita, & ſancita fideliter adimpleant, & quantò citiùs exequantur, Nobiſquè exequutionem, ſub pœnis in ipſis viſitationibus, & alijs arbitrarijs etiam grauioribus, denuncient.

8 Altaria denique ad Miſſarum celebrationem conſtructa, & ſacros lapides rectè in ipſis infixos ita habeant, vt amoueri non poſſint; neque ex vna ad aliam Eccleſiam, vel de vno in aliud Altare tranſferantur ſine noſtra licentia in ſcriptis impetranda.

9 Titulo deuotionis, pietatis, vel voti nonnulli celebrare faciunt ſolemni ritu in Eccleſijs feſta quorumdam Sanctorum, apponendo quaſdam imagines neſcio qua manu depictas ſuper Altaribus, & iſtę celebritates adeò ſunt multiplicatæ, vt in dies huiuſmodi feſta peragantur. Et quia cognouimus hæc peragi

minùs

minùs grauiter & decorè, quàm ritus Ecclesiasticus expostulet; ideò iubemus Sacristis quibuscumque, ne audeant ad Altaria appendere similes Imagines, nec insol ta festa celebrari permittere in Ecclesijs, & Oratorijs Nobis inconsultis, & sine nostra speciali licētia sub pœna vnius aurei pro quolibet, & quauis vice in casum contrauentionis.

10 Et licèt Ecclesia Dei sit benigna Parens omnibus ad eam confugientibus; tamen eos non fouet, qui diuinæ, & humanæ legis facti transgressores in Ecclesiarum domos se recipiunt, & piè Viuentibus frequētes molestias inferunt: idcircò huiusmodi malo obuiare volentes, mandamus Parochis, Prioribus, Massarijs, aut alijs Ministris Ecclesiarum, Confraternitatum, & aliorum quorumcumque piorum locorum, ne de cetero sinè speciali nostra in scriptis licentia recipiant, aut recipi faciant in eorum domibus, & mansionibus Contumaces, & præcipuè facinorosas Personas sub pœna priuationis officij, & alijs etiam corporalibus arbitrio nostro. Non intendimus tamen confugium ad Ecclesiam, & loca immunia inhibere, præcipuè verò in actu se eximendi e manibus Iustitiæ, seù aliorum quorumcumque, vim eisdem inferre volentium.

11 Cùm Ecclesias Omnipotens mundi Rex nomine *sua Domus* honoret; nefas est eas inhonorari ab hominibus: quapropter strictè prohibemus, ne quis cum sclopettis, hastis, alijsquè talibus armis Ecclesias in-

grediatur: & canes ſtrepitum excitantes, & cuncta fœdantes nemo audeat introducere: ingreſſi autem ſine mora de Eccleſia a Cuſtodibus arceantur.

12 Feneſtrę, ne ventorum iniurias pluuiarumquè patiantur Eccleſię, quocumque anni tempore numquam apertę ſint penitus: ſed vel vitreis, vel lineis, vel ſaltem papiraceis repagulis defendantur. In quolibet Sacrario tabella pendens videatur, onera, legata, & ſingula pro Defunctis anniuerſaria ibi celebranda, clarè deſcripta continens.

De Officio Parochi. Titulus XXIX.

1 QVod in altera Synodo de obligatione Parochorum, miniſtrandi ſcilicet Sacramenta, & alia exercendi munia per ſe ipſos pręceptum eſt; volumus obſeruari (ceſſante neceſſitate, & legitima cauſa) ab ijs etiam, qui ſecum Capellanum, ſeu Coadiutorem retinent: eoſquè meminiſſe ſimul velimus, debere ſeſe Capellanos habere, & exiſtimare vtì ſocios laboris, non autem tamquam homines, qui portent totum pondus diei, & ęſtus. Et bene quidem caueant ſuper his (quemadmodum grauiſſimi Auctores animaduertunt) ne fructuum ex beneficijs perceptio in mortis articulo hac de cauſa eoſdem otiantes aggrauet, & excruciet.

2 Tam

2 Tam pręcipuam curam adhibeant Parochi in Ciuitate pręsertim; vt morum corruptelas, peccandiquè occasiones eliminent, quę facilè possunt germinare ex promiscua marium, & fœminarum turba, quę passim adunari solet in domibus, & in apothecis, in quibus tibialia ex lanis conficiuntur: quod sanè pręstabunt penitus vetando, ne ij, ad quos negotium pertinet, eos simul stare patiantur: sed in separatis cubiculis retineantur, vt non tantùm inter se non colloqui, sed neq; sese mutuò conspicere valeant.

3 Parochi prout districtè, & diligentissimè poterunt, maximoperè item curent, ne cum fœmina mas simul in eodem lecto decumbat (quocumque etiam arctissimo propinquitatis gradu coniuncti sint) qui, licèt puerilis ætas adhuc in ipsis vigeat; tamen ita grandiusculi sunt, vt aliqua indè suspicio impuri flagitij meritò possit oriri. Neque paupertatis, angustæquè domus excusationi locus facilè detur, quo minùs istiusmodi obscœnitatũ materia omninò pręcidatur; cùm humi potiùs iacere deberent, quàm in culcitris cum peccandi periculo.

4 Sæpè etiam, & quotiescumque casus euenerit, Sponsas Parochus commonebit, ne tempore, quo in Ecclesia matrimoniales fiunt denunciationes, & alia pro Matrimonio parantur, ad audiendum Missę Sacrificium festis de pręcepto diebus accedere pętermittant, iuxta Decretum hac in Synodo de festis diebus promulgatum.

5 Cùm verò ad Ægrotos inuisendos, seu ad præstanda cuiquam cætera sui muneris, curę, & pietatis officia accesserint ijdem Parochi, & quicumque Animarum curam habent; non sua ipsorum commoda temporalia quærant; nec quidquam penitus, quod auaritię suspicionem ingerat, tractent; neque in re familiari (nisi quantum pietas, aut necessitas postulauerit) sese vnquam intromittant: sed ea tantùm, quæ sunt IESV Christi quærentes, Ægrotantium animarum incolumitati vigilantissimè consulant.

6 Neque insuper desistant Parentibus, alijsquè pariter, ad quos pertinet, inculcare, ne puellas puberes, vel etiam pubertati proximas ad custodienda, seu pascenda armenta, gregesue mittant, aut ire permittant; nisi periculum mutuę conuersationis cum maribus, animalia similiter pascentibus, omnino cessasse, & procul abesse cognouerint.

7 Cùm Pueri, vbi ad vsum rationis peruenerint, ad Sacramentalem Confessionem saltem semel in anno teneantur; & quãdo idonei habendi sunt ad Sanctissimę Eucharistiæ Communionem; sufficienter per Parochos instruantur, vt huiusmodi pręcepto satisfaciant. Et quia experientia docet, multos sacro pabulo refici, & esse tanti misterij inscios; ideo curę Parochis sit, vt ante per bimestre super hoc rectam, ac sanam de Venerabili hoc Sacramento Doctrinam, quam Ecclesia a Spiritu Sancto veritatem in dies illi suggerente edocta retinet, eosdem edoceant.

8 Vt

8 Vt salubria pręcepta, pluribus in Decretis, & Constitutionibus Summorum Pontificum contenta, inutilia non reddantur, & debitam executionem non amittant; mandamus omnibus, & quibuscumque Parochis præfatis, seù curam Animarum quomodolibet habentibus; vt Decreta, & Constitutiones ac Bullas in Tabella descriptas *in fine Synodi apposita*, quolibet Anno præfixis ibi temporibus publicare non negligant.

9 Si quando aduenas in suam Parochiam habitaturos aduenire animaduerterit Parochus; diligentem obire inquisitionem haud negligat circa eorum fidem, doctrinam, & mores.

10 Parochi ad nos omnino deferant, qui sint Clerici cuiuscumque Ordinis infra sacerdotalem, qui singulis mensibus semel saltem Eucharistico pane non reficiantur.

11 Vnusquisque Parochus, se Viduarum, Virginumquè, aliarumquè miserabilium Personarum patrem esse non obliuiscatur: quocirca earum indigentijs opem ferat, & Pupillorum educationi maximè inuigilet, Tutorumquè, Curatorumquè in hisce ad Animam spectantibus negligentiam supplere non cesset.

12 Rixas, dissidia, lites, & quidquid odiorum fomes esse potest inter sibi Subditos, Parochus paternis admonitionibus, & impigro charitatis zelo componere satagat.

13 Quilibet Parochus Archiuium vel Armariolum sua claui obseratum habeat, vbi libri, scripturę, inuentaria, & publica instrumenta, quæ continent redditus, bona, priuilegia, onera, concessiones, aliaquè iura ad Ecclesiam quomodolibet pertinentia, distincto ordine custodiantur. Quòd si aliquis per mensem post huius decreti publicationem id non perfecerit; pœna decem aureorum locis pijs applicandorum sciat se esse mulctandum.

14 Præ cunctis animaduertant Parochi grauissimum, & ineuitabile pondus ipsis impositum ab optimo Pastore Christo IESV, prædicandi scilicet verbum Dei Populis sibi commissis, docendiquè pueros Doctrinam Christianam quibuscumque Dominicis diebus, & exponendi mysteria, quæ vnoquoque recurrente anno sacrosancta Mater Ecclesia nobis celebranda proponit. Quapropter sedulam nauent operam, vt tantæ suæ obligationi vel per se, vel per alios aptiores omnino satisfaciant, ne vltricē Omnipotētis indignationem miserabiliter experiantur; & ne cogant Nos (qui iuuante Dei gratia talis prædicationis eis exempla præbemus) eorum socordiam arbitratu nostro decernendis pœnis iustè punire.

15 Quædam hiberno tempore inualuere corruptelę conuersationum inter homines, fœminasquè aliqua consanguinitate, vel amicitia coniunctos, quibus persæpe adduntur Amatores cum Puellis amasijs non sinè graui pudicitiæ discrimine. Quapropter Parochi

rochi eos, qui sic cõuersantur, liberè corripiant easq; prohibeant. Obedire renuentes, trium aureorum locis pijs applicandorum pœna plectentur, & in subsidium, nisi cessent, anathematis fulmine ferientur. Id verò intelligimus; cùm ad tales vigilias accedunt illi, vel illæ, qui, vel quæ Patremfamilias eius domus, vbi fit conuersatio, nullo cognationis iure pertingunt.

De Decimis, & Oblationibus. Titulus XXX.

1 VT Decimæ Ecclesijs, atque Ecclesiasticis Personis debitæ suis loco, & temporibus persoluantur, & per manus iniectionem absque impensa, & figura Iudicij exigantur; altera Synodo districtè mandatum est. Verumtamen quia sæpè singulares Personæ, & quandoque etiam Magistratus publici ad Nos recursum habuerunt, dolentes de diuersis grauaminibus hac de re pauperibus, & præsertim colonis, & prædiorum cultoribus illatis; idcirco, vt suum vnicuique ius tribuatur, præsenti nostra Constitutione sancimus, & declaramus,

2 Decimas iuxta immemorabilem totius Ciuitatis, & Diœcesis consuetudinem Ecclesiæ Sacramentali, non autem prædiali esse persoluendas: & respectiuè per eos ad quos spectat exigendas per focularia,

ria,

ria, & familias, & prout ex Tabella in Episcopali Cancellaria affixa, *& in fine subijcienda*, sicuti hactenus, & a tempore, cuius in contrarium memoria non extat, seruatum est, & adhuc seruatur.

3 Et quia in nonnullis Ecclesijs Parochialibus ruralibus, quarum Parochi sustentantur ex sola perceptione decimarum, hucusque fuit praticata solutio non caroleni, sed frumenti pro rata illa, quam Parochiani seminant infra cuppas quatuor, vel cuppas duas, eo quia in earum territorijs prędia parua, vt plurimùm continentur; ideo declaramus dictam formam exigendi in 2. & 3. Capitulo expressam, non obstare consuetudini prædictę, sed eam seruari debere omni &c.

4 Alias controuersias, quę orientur, & forsan ortę sunt circa Decimas, cùm pendeant à varijs facti circumstantijs, & a diuersis vsibus Parochiarum, opere pretium duximus, Nobis, & Vicario Nostro reseruare decidendas secundùm particulares casus occurrentes: valde enim periculosum existimamus generalem normam in hac materia constituere.

De Vita, & Honestate Clericorum. Tit. XXXI.

1 CLerici omnes, tam in sacris, quàm in minoribus Ordinibus constituti, Ecclesijs, in quibus

quibus fuere descripti, omnibus diebus festis deseruiant, cantando in Choro, Missis priuatis inseruiendo, & ad Altare maius ministrando, atque in Doctrina Christiana tradenda opem ferant Parocho, suasquè rite obeant functiones, & ministeria. Inobedientes per ipsos Parochos ad nos deferantur: & interim non admittantur in alia Ecclesia ad ministrandum, neque ad alia munera, & alia officia conuocentur.

2 Si quis Clericorum sacro inobediens Canoni publicè luserit aleis, vel taxillis, siue domum ad ludendum accommodauerit; certò sciat, prçter diuinam indignationem, ipso facto pœnam suspensionis Nobis reseruatæ sese incursurum, necnon aureorum quinque pro qualibet vice, locis pijs applicandorum.

3 Nullus præterea Clericorum, cuiusuis fuerit ordinis præ foribus Ecclesiæ, aut in apothecis moretur, vel incedat per viam, seu extra Ecclesiam, atriumue canonicale exeat, superpelliceo indutus; nisi processionum, vel alterius muneris occasione, ad quod superpelliceum requiratur.

4 Ad Cappellas, & Processiones, distinctè expressas in Tabella *registranda in fine* iuxta laudabilem nostræ Ecclesiæ Æsinæ consuetudinem accedant omnes absque alio Edicto, & interpellatione sub pœna Iuliorum quinque cuique non accedenti: quod intelligimus toties quoties, ad formam dictæ Tabellæ.

5 Iisdem Clericis omnibus chirotecas in Sacramentorum administratione, in Choro, aut aliàs superpelliceo indutis omnino prohibemus.

6 Mandamus denique, vt Clerici quicumque Vestes talares gerant, præsertim verò in Ecclesijs, in Missis celebrandis, in Processionibus, ac aliis sacris, vel ecclesiasticis functionibus tam in propriis, quàm in alienis Ecclesiis peragendis, vnà cum decenti capitis tonsura ad Synodalium Decretorum, necnon nostrorum Edictorum formam, *in fine Synodi registrandorum*: & cuncta alia obseruent, ibi contenta sub pœnis in eisdem Edictis contentis.

7 Extra Vrbem in locis quibuscumque, vbi cõmorantur, & causa itineris (extra tamen Ecclesias, & ipsas ecclesiasticas functiones) indulgemus Veste contractiori incedere eos posse, dummodò clausa vndique illa sit, & vltra genua omnino descendat, sub iisdem pœnis. Declarantes illos Clericos omnes, qui Vestes quantumuis talares induerint, ad latera tamen reflexas, vel quoquo modo alligatas detulerint; in habitu talari præscripto modo minimè incedere, esse censendos,

8 Et Clericis item omnibus cognitũ esse volumus, quibuscumque ordinibus initiati, & insigniti illi fuerint, sese omnino debere (sicuti dictum antea fuit in altera Synodo) certis Ecclesijs in quibus sint adscripti *iuxta inferiùs ponendam formam inseruire*. Quod nisi præstiterint, & Rectoris Ecclesiæ testimonio non

com-

comprobauerint exequutionem, certò sciant ad examen adeuntibus pro altioribus Ordinibus suscipiendis, beneficijs consequendis, vel pro ad confessiones audiendas impetranda facultate, habita huiusmodi contumaciȩ ratione aditum omnino ipsis non fore pandendum.

9 Decretum de Communione per Clericos facienda repetimus, prout supra in Titulo Decimoquarto de Sanctissimo Sacramento Eucharistiæ sancitum est.

De Monialibus. Tit. XXXII.

1 A Sacris Virginibus ad cælestis Agni Nuptias euocatis, vt securiori via a Mundi illecebris, & periculis expeditæ ad Sponsum Suum queant properare, ea quæ sequntur seruari mãdamus.

De Monialium locutione cum Exteris §. 1.

1 CVm Deo laudes in Choro canere propriũ munus sit etiam Monialium, iuxta illud Regij Prophetȩ, *Psalmus dicite nomini eius*, & rursus, *Septies in die laudem dixi tibi*; ne vaniloquiis ad collocutorii crates diuertãtur, & Deo laudes dare ne cessent; prȩcipimus diuinorum officiorum tempore, hora orationis consueta, vt eiusdem Collocutorij ianua obseretur, nec, nisi officio, & oratione com-

pletis, a Monasterij Famula exteriùs referetur: interiùs verò ab Ostiarijs, clauesquè interioris Ostij penes Abbatissam sint, quas apud se eo tempore retineat, nec vlla a Choro recedat, nisi causa per eamdem Abbatissam cognita, & approbata.

2 Et quia eadem, ac maior ratio viget; iubemus pariter eo mane, quo generales Communiones habentur, collocutorium claudi, nec nisi post vesperas reserari.

3 Quoniam verò in Domino nouimus, nonnulla oriri posse, quæ nimis Religionis perfectioni officiunt, ex nimia familiaritate, & inutilibus colloquijs, quæ ad crates fiunt; ideo vt opportunum remedium adhibeamus, mandamus, vt Ianitrices quotannis sint designandæ, non minùs matura ætate, quàm morum probitate præditæ, quæquè quatuor esse debent, quibus Ascultatrices non minores annis quadraginta addantur, sicut in ipsa Regula constituitur.

4 Has autem colloquijs, quæ non solùm a Monialibus, sed & ab Educandis fient, præesse iubemus. Colloquia Parentum, ac aliorum in primo, & secundo gradu Consanguinitatis Coniunctorum non permittimus temporibus Aduẽtus, & sanctæ Quadragesimæ, generalis Communionis, diuinorum Officiorum, ac Orationis; nisi rationabilis causa vrgeret, obtenta tamẽ licentia nostra, Abbatissæ notificanda. Cæterorum verò hominũ quorũlibet absque nostra vel Vicarij in scriptis licentia omni tẽpore prohibita

esse

esse intelligantur alloquia sub pœna excommunicationis.

5 Ianua Monasterij nulli recludatur, prȩterquā Confessario, Medico, Chirurgo, ac cȩteris Operarijs, cuicumque sui officij ratione in causis expressis a Nobis approbandis, & vrgentis necessitatis: nec vllus ex prȩdictis per Nos approbatus in alijs se negotijs immisceat; sed recta via, quà ierit, reuertatur: aliàs subiaceat excommunicationi latæ sententiȩ ipso facto incurrendȩ a Sacro Concilio Tridentino indictȩ, & Sedi Apostolicȩ reseruatȩ. *Conc. Trid. sess. 25. de Reg. & Moniа.*

6 In sanctissima Domini nostri Natiuitatis Nocte, obseratis Ecclesiȩ foribus, Matutinum, & Missam cani permittimus. Vt autem Moniales a mundanarum rerum inspectione magis auocentur, cùm illustrior portio Gregis Christi sint, & totas se Deo ad tanti mysterij contemplationem reddant intentas, Ecclesiȩ tam viris, quàm fœminis ingressum ea nocte interdicimus. *Greg. XIII. Dub. 23. Decemb. 1671.*

7 Cùm a Nobis communiter sit interdicta allocutio absq; nostra licentia non solùm in Ecclesia, verùm etiam in Collocutorio (quòd regulariter solet contingere) ad euitanda multa religioso statui indecora, prout in superioribus decretis; cùmquè maiora possint oriri, & dubitari ex conuiuijs in ijsdem Collocutorijs, quatenus fierent; ideo tollere de medio volentes prædictorum omnium causas, mandamus, ne vlla de cætero omnino conuiuia in præfatis col-

Collocutorijs cum Monialibus, imò neque cum Educandis fiant, & multò minùs in ianuis.

8 Allocutio, & tractatio cum Monialibus, ac alijs in clausura degentibus *fuit Regularibus* sub certis pœnis a SS. D. N. Vrbano VIII. interdicta, addita insuper forma concedendi licentiam dictis Regularibus, vt loqui licitè possint cum suis Consanguineis in primo, & secundo gradu tantùm; & successiuè pariter sub alijs peculiaribus pœnis alia SS. D. N. Clementis Noni emanauit declaratio; Quapropter ne prædictorum ignorantia Decretorum a prædictis pœnis inflictis valeant excusari; ea omnia non solùm palàm fieri præsenti nostro Decreto voluimus, sed etiam præfatas pœnas comminari necesse duximus. Monemus igitur non tam prædictos Regulares, quàm Moniales omnes, ac alias intra septa degentes, vt prompta obedientia dictis Decretis pareant; ne pœnas ibidem inflictas, & diuini Iudicij vltionem incurrant.

9 Mercatores, seu alię Personę merces importantes, seu aliquid empturæ ad Monialium crates sine nostra licentia, vel Monialium Vicarij in Ciuitate, extra verò nostri Vicarij foranei, accedere non audeant, quę in scriptis est concedenda.

10 Sanctę Communionis fenestella duplici sera de Nostro ordine iam munita, ita conseruetur, vt clauis interioris serę pœnes Abbatissam, seu Vicariam sit; exterioris verò penes Confessarium: quæ

tem-

tempore solùm Communionis, electionis Abbatissę, ac Vicarię, induendi habitum, & solemnis professionis emittendę referetur.

11 Clauis autem Ostij exterioris Collocutorij a monasterii Famula (quę, sicut nec eius Vir, siue Factor Nobis inconsultis nō conducatur) teneri debet: eiusq; curę sit idem ostium (exceptis tamen casibus vrgentis necessitatis) tantummodò orto iam sole aperire, & post eiusdem occasum obserare, & non aliàs.

12 Cùm per Nos alicui licentia impertitur, vt possit Monialem aliquam alloqui; non audeat idem loqui cum aliis ibi pręsentibus, nec alias vocare pręsumat.

13 Vicarii foranei hanc licentiam, quam Nobis seu Vicario nostro Monialium reseruamus, nulli Regulari audeant concedere; sed aliis indulgemus: seruatis tamen super hoc constitutionibus a Nobis indictis iuxta consuetam formam.

14 Nulla Monialis (Superioribus, atque Officialibus exceptis) audeat cum Confessario, Sindicis, aut Monasterii Ministris de rebus ad idem Monasterium spectantibus agere; aut ad Collocutorium accedere, Ecclesiasticos, siue Seculares alloquutura sinè Abbatissæ licentia, quam nullo modo Abbatissa concedat, nisi priùs eadem licentia in scriptis a Nobis, seu Vicario nostro obtenta fuerit, ipsiquè innotescat.

15 Moniales nullo pacto audeant Puellis siue Edu-

du-

Sacr. Congr. 6. Septembr. 1604. ducandis intra septa, siue extra degentibus locum intra numerum Monialium per obitum vacaturum ad habitum Religionis concedere, vel promittere; nisi sequuta vera, & reali vacatione, sub pœna nullitatis promissionis, & Abbatissæ priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, aliisque pœnis arbitrio Sacrę Congregationis infligendis.

De Choro §. 2.

1 OMnes Moniales ad campanę signũ ad Chorum accedant ad psallendum Domino. Si autem nonnullę legitimo detineantur impedimento, coram Abbatissa sese pręsentent, & impedimenti causam exponant.

2 Nulla, nisi facto per Abbatissam signo, e Choro egrediatur. Abbatissa in exeundo prima sit, post eam Vicaria, deinde cęterę debito cum silentio, & ordine subsequantur.

3 Facto silentii signo debeant Moniales ad proprias Cellulas se conferre, nec inde nisi vrgente necessitate audeant discedere.

De Confessionibus, ac Confessarÿs. §. 3.

Trid. Sess. 25. de Reg. & Monial. c. 1 ETsi Sanctimoniales Nobis subiectę Sacramenta Confessionis, & Communionis frequentent, nihilominùs vt dispositioni Sacri Concilii

lij Tridentini, ac sacrorum Canonum se conforment, & Regulam seruent, quam professæ sunt, mandamus, vt semel saltem in mense peccatorum Confessionem faciant, ac sacram Eucharistiam suscipiant: vt eo se salutari præsidio muniant ad omnes oppugnationes dæmonis fortiter superandas. Cùm verò pluries id optauerint exercere; id prudens Confessarij iudicium iuxta Personarum virtutes, puritatemquè permittat.

Clemente in Agro §. Sanč de Statu Moniali.

2 Confessarius extraordinarius antequàm accedat ad Confessiones audiendas, Abbatissæ deferre debeat litteras nostras patentes; & postea fungi officio sibi demandato.

3 Quotiescumque per Nos fuerit de extraordinario Confessario prouisum; omnes, & singulæ Moniales accedant ad crates Confessionarij, ibiquè per aliquod tempus permaneant, licèt materiam culpabilem non habeant exponendam, ac saltem benedictionem a Sacerdote recipiant.

Trid. Sess. 25. de Reg. & Monial. c. 10.

4 Tempore extraordinarij Confessarij ordinarius Confessor non audeat accedere ad limina Monasterij, nec Monialium confessiones audire Nobis inconsultis, sub pœna suspensionis ipso facto.

De Muneribus. §. 4.

1 ET quia ex munerum largitione, quæ fieri solent a Monialibus Confessario, oriri potest suspicio nimiæ familiaritaris; ideò nulli Sanctimo-

Clem. VIII.

nialium liceat præfato Confessario munera largiri. Itaque eidem Confessario sub pœna suspensionis per octo dies ipso facto incurrendæ prohibetur eorumdem receptio a Monialibus particu'aribus.

2 Nulla Monialis sub quouis prætextu munera elargiri possit, nisi per Nos examinata causa, & in casibus permissis licentia obtenta; præterquàm leuiora esculenta, aut poculenta; seu ad deuotionem, vel Religionem pertinentia munuscula, cŏmmuni tantùm, nunquam verò particulari nomine, vbi Superiori de consensu Conuentus censebitur esse tradenda.

De Voto Paupertatis §. 5.

1 NE paupertatis votum offendatur in retinendis pecunijs liuellarijs, seu alijs in potestate priuata Monialium ad earum vsum permissis, quoadusque communis vita introducatur; mandamus, dictas pecunias in Arca communi reponi, ac retineri, nec amoueri, nisi de licentia Abbatissæ pro earum vsibus necessarijs, de quibus reddatur ratio Abbatissæ quolibet anno, cuncta annotando in particulari libro cum residuo pecuniarum remanentium.

2 Monialibus autem, quibus est permissa fruitio ad proprium vsum earum pecuniarum in titulum liuelli annui, seu ex alio quocumque iure, iubemus ne (sub pœna priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, prę̨ter paupertatis voti transgressionem) audeant de eis dispo-

ſponere, niſi ad dictos proprios vſus cum licentia Abbatiſſæ: nec dictas pecunias redonare, aut de eis quietantias facere palliatas in præiudicium Monaſterij, ad quod plenariè ſpectant pecuniæ pręfatę. Recipientes verò dono, vel mutuo a Monialibus, & ab eis quietantias pręfatas reportantes; ſciant non eſſe a debito liberatos, & ad reſtitutionem teneri.

3 At quia ex euentu didicimus quoſdam ſęculares polliceri Nouitię mox profeſſurę tot annuas pecunias liuellarias, addito pacto, quod ſi poſt eiuſdem Monialis obitum aliqua portio liuellaria exacta non fuerit, vel nihil penitus talium pecuniarum ſęculares perſoluerint; nullum penitus monaſterio remaneat ius, tale creditum ab ipſis exigendi: Quapropter ipſi moroſiores fiunt, eaſdemque monetas Moniali debitas annuatim perſoluere integrè renuunt, & moras nectunt, & differunt ſperantes fortaſſe mortem Monialis, qua ſecuta, ſe debitum ſoluendi obligatione ſolutos agnoſcunt. Hinc eſt quod Nos huic malo obſiſtere omnino volentes, quo grauiter læditur ſęcularium conſcientia ſolutionem integram petenti, ac volenti Moniali denegantium; penitus talia pacta apponi prohibemus: & volumus monaſterio tales pecunias vſque ad obitum Monialis exigendas acquiri, iubemuſque quidquid inexactum ex hiſce liuellis remanſerit a monaſterio exigi omninò debere.

1 SCiant teneri ex obedientię voto Moniales parere Superiori, & Abbatissę in rebus ad regulam, quā professę sunt,& ad alias Constitutiones Pontificias, Canonicas, & Synodales spectantibus: ideo promptę sint ad obtemperandum mandatis non tantùm nostris, quàm prędictę Abbatissę: etenim in obedientię virtute religionis flos continetur.

Clem. VIII. Vrb. VIII.

2 Laudabile sẽper fuit culpā corā Abbatissa dicere iuxta Regulam semel in hebdomada:sciant ergo, vt libentiùs huiusmodi humilitatis actum exerceant, se lucrari tres annos, & tres quarantenas Indulgentiarum ex indulto Pauli V. qui ante Episcopalem hāc sedem tenuit, *vt ex suo Breui* 1606.

De Abbatissa Electione, & officio. §. 7.

Eccl. c. 1.

1 QVemadmodùm e mari omnia flumina emanant, vt arida terra irrigata vberes fructus proferat; & sicuti Nauigantes ad securitatis portum, dum nauis in maris fluctibus agitata periclitatur, peruenire nequeunt, nisi prouidus ipsis sit Gubernator, non secus ex Abbatissa omnia virtutū genera effluere debent in Moniales; vt ipsæ a turgido, ac fluctuante mundi pelago sese eximentes,ab eiusdem tentationibus non ampliùs concussę, tandem tranquillum Religionis portum prouido eiusdem regimine teneant.

Ideo

Ideo rectè a sacro Tridentino Concilio præcipitur, vt Abbatissa non minor annis quadraginta, vel supra triginta eligatur, & quæ octo annis, vel saltem quinque post expressam professionem laudabiliter vixerit. Pro qua electione mandamus, & in Domino obsecramus, vt omnes Moniales per dies octo publicas, & priuatas preces frequenter ad Deum effundant, & earum quælibet (proprijs abiectis passionibus) directionem suæ voluntatis a Diuino Spiritu exposcat. Cunctæ autem se a factionibus (Deum solum præ oculis habentes) abstineant: vt elapso triennio ad canonicam, vtì moris est, & iuris consueto seruato ordine, electionem deueniant: caueantq; ne digniorem excludant, & minus dignam (quod absit) designent sub pœna peccati mortalis, quin etiam excommunicatiónis, quatenus aliquid agerent, ex quo oriri posset in huiusmodi electione faciẽda discordia: sed Deo tantùm dent laudem, & eam nominent, sub bono cuius gubernio quietam, & religiosam vitam ducere valeant.

Sess. 25.c.7. de Regul.&Monial.

Conc. Colon. 2.Par. c.9.

Conc. Cabill. 2.c.53.

2 Vtquè meliùs ad prouidam electionem possint deuenire (vti sanctissimè decreuit etiam Clemens VIII.) iurandum erit primò ab Electricibus, sese secundùm cuiusque conscientię veritatem probiorem, ac vtiliorem electuras: cùm ex vigore cuiuscumque regulæ sit electio facienda iuxta iuris dispositionem. Quapropter de cętero, vt Moniales Nobis subiectæ sese cum huiusmodi pijs, & rectis dispositionibus

con-

conforment, mandamus ſemper, & quandocumque poſt præſtitam abſolutionem, per Nos, ſeu per noſtrum Delegatum faciendam, iurare debeat tactis Sacroſanctis Dei Euangelijs quælibet, quæ vocem in capitulo habuerit, in forma ſequenti, videlicet.

3 Ego Soror N. iuro, & promitto Deo omnipotenti, ac Beato Patri Noſtro N. illam eligere in Abbatiſſim, quam ſecundùm meam conſcientiam credam futuram huic Monaſterio in omnibus vtiliorem, & probiorem.

4 Peractis cæremonijs, vt ipſamet Abbatiſſa ea, qua decet diligentia, meliùs munus ſuum exercere, & conſcientiæ conſulere valeat; præcipimus, vt medio ſuo iuramento tactis Sacris Dei Euangelijs in manibus noſtris, ſeu noſtri Delegati ad huiuſmodi electionem iuret in forma ſequenti.

5 Ego N. Monaſterij N. ordinanda Abbatiſſa promitto coram Deo, & Sanctis eius, & hac ſolemni Sororum Congregatione fidelitatē, dignamq; ſubiectionem, obedientiam, & reuerentiam Sanctæ Matri meæ Eccleſiæ, tibiquè Domino meo N. eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopo, & Succeſſoribus tuis ſecundùm ſacrorum Canonum inſtituta, & prout pręcepit inuiolabilis auctoritas Pontificum Romanorum. Sic Deus me adiuuet, & hęc ſancta Dei Euangelia.

6 Poſt Abbatiſſę electionem Adiutrix ſibi in officio deſignanda erit, quę vel Vicaria, vel Prioriſſa appellatur, quę pariter erit per ſecreta vota eligenda

da

da (dummodò prǫterita Abbatissa eius officio non succedat, quǫ tamen per triennium debet huiusmodi munere vacare) cui in defectu Abbatissǫ Moniales parere debent, vt recto regimine cuncta regantur.

7 Eadem Abbatissa sciat etiam, se pro ijs, quas regendas susceperit, in cospectu Dei rationem redditurain, quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Quæ autem electa fuerit, prompta obedientia munus sibi iniunctum exerceat, ab electione facta minimè reclamando; nisi aliter in Dominó Nobis expedire pro sui Monasterij vtilitate videatur: & sufficit pro eius acceptatione, nihil in se inuenire, per quod illicitum ei reddatur officium assumere.

8 Abbatissa regulam, quam Moniales professæ sunt, obseruandam curet vnà cum sacris Canonibus, nec non Pontificum Constitutionibus, Sacræ Congregationis Decretis, ac Synodalibus Constitutionibus. Præcipuè verò exigat obseruantiam obedientiæ, paupertatis, & castitatis, & clausuræ, quǫ quasi sepes mirè custodit Lilia virginitatis a bestiarum incursibus. Obseruantiam quoquè requirat vitæ communis eo meliori modo, quo possunt, maximè circa victum, & vestitum: cùm de prǫsenti ob non satis suppetentes redditus Nos omnimodam introducere nequiuerimus.

9 Abbatissa non prǫcipiat in virtute sanctǫ Obedientiæ, quod maioribus Superioribus est reseruatū.

Potest

Poteſt tamen præcipere (ſi videbitur) in virtute obedientiæ, ad quam Moniales ſub mortali peccato ex vi voti tenentur.

10 Vt promptiores Moniales ad regulæ obſeruantiam, obedientiamquè reddantur, neque id obliuio poſſit retardare; idcircò volumus bis, vel ſemel in menſe eamdem regulam, & has noſtras Conſtitutiones vnà cum alijs Eminentiſſimi D. Cardinalis Cybo vernacula lingua traducendis perlegi, cuius exequutionem iniungimus Abbatiſſæ.

11 Ex clauibus diuerſis cuiuslibet Monaſterij ianuę, vna penes Abbatiſſam ſit, penes Vicariam altera.

12 Eadem quotannis Officialium notulam, quas intendit nominare, Nobis deferat: vt quas vtiles, & capaces ad munus ſibi iniungendum aptas nouerimus, eligere, & approbare; ineptas verò reprobare, ac aliàs earum loco ſufficere valeamus.

13 Grandes expenſas Nobis inconſultis non faciat, nec a Monialibus fieri permittat, & inutiles omnino prohibeat.

14 Et quia in Monialium habitu nulla debet eſſe coloris, ac formę diſparitas; ideo volumus in hoc ad amuſſim qualitatem a Regula indictam ſeruari: & nulla Monialis habitum ſibi comparet; niſi Abbatiſſa indumenti valorem ſuę regulę conſimilem approbauerit.

15 Eiuſdem curę ſit expenſas tum pro Eccleſia,

cum

cum pro monasterij seruitio non fieri nisi per Camerariam de pecunia eiusdem monasterij, non autem ab vlla ex Monialibus, quibus aliquod officium fuit peculiariter iniunctum. Et quatenus ob reddituum insufficientiam hodie id exequi nequeat; semper, & quando casus, quo augeantur, aduenerit, volumus id exequutioni promptè mandari.

16 Singulis annis coram Nobis deferre debet suę administrationis rationes tam introitus, quàm exitus cuiuscumque, & solidationem dispunctis rationibus, seu a Nobis, siue a Vicario Nostro Monialium in Monasterij libro insinuandam reportare.

17 Post completum officium in subsequenti triẽnio Abbatissa eligi non debet in Vicariam, vel Pręsidentem, seu sub quouis titulo, qui sapiat superioritatem.

Monita ad Abbatissam. §. 8.

1 OPtare quidem debes, vt abiecta solicitudine mundi semper cogites de seruitio Christi, propter quod dicitur, *Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus.*

2 In omnibus temetipsam præbe exemplum bonorum operum; vitaquè tua velut pennatum animal ad alta semper per sancta desideria euolet, per pia verba resonet, luceat per exempla.

3 Quod ore promis, factis imple, & quod alijs

prędicas, operibus prębeas.

4 Prior in Ecclesia inueniaris ; postrema exeas.

5 Sis Sancta corpore, & spiritu.

6 Omnis, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet.

7 Dominica Virgo debet agnoscere, quibus pręceptis conueniat insistere, si vult esse cũ Deo. *S. Aug. in Psalm.* 17.

8 *S Greg.* Scire Prælati debent, quòd si peruersa perpetrãt; tot mortibus digni sunt, quot ad Subditos suos perditionis exempla transmittunt. Væ igitur Prælatis, quorum vita Subditis exemplum peccandi est, quibus debent esse forma virtutis.

9 Væ discolis Religiosis, quorum ad exemplum viuificandi erant Simplices, & perduntur. Vndè hodie in Ecclesia tanta tepiditas, & iniquitas ; vnde in omnibus tanta auaritia, & cupiditas; nisi quia in Maioribus, & Proceribus illis, in quibus fulgere debuit sanctitas, viget iniquitas? Minores verò Maiorũ vestigia sequuntur; vndè cùm Pastor Pastorũ venerit, Ouium suarum sanguinem de manu eorum seuerissimè requiret: si enim sanguis Abel sic clamat ad Dominum in Fratrem occisorem ; quantò fortiùs clamabit sanguis Animę perpetuò damnatę in suum interfectorem? Noli dicere cum Caim, *Numquid custos Fratris mei sum ego?* Gen. 4.

1 AD perfectioris Vitę incrementum, ad quod ex proprio statu a Christo Domino Religiosi excitantur, pręcipuè vero Christi Sponsæ, vtì ex Marthæo, *Estote perfecti sicut Pater vester cælestis perfectus est;* vtquè talis perfectio de die in diem magis adaugeatur; monemus pariter, & obsecramus, vt quemadmodùm Nos Puellas ad religiosi habitus assumptionem Capitulo non proponemus, nisi eas, quæ bono spiritu ductæ, & verè a Mundi illecebris abhorrentes flagranti desiderio huiusmodi vitam ducere intenderint, sumptis super hoc a pijs Personis debitis informationibus, nec non etiam priùs voluntate diligenter explorata; ita ipsæ Moniales in dicto Capitulo, quatenus a Nobis essent propositæ, easdem ad habitus assumptionem non admittant, nisi (omni humano affectu in dictas Puellas posthabito) de requisitis earumdem qualitatibus fuerint redditæ certiores. *Matth. c. 5.*

2 Vt fictilibus mundi thesauris, quibus Virgines Deo dicandę libenti animo renunciarunt religiosum sumendo habitum, maius præmium respondeat iuxta Christi Domini promissa, *Thesaurizate Vobis thesauros non deficientes in cælis*, & vt quàm primùm eosdem non deficientes acquirant; ideo nouerint ex benignitate recolen. mem. Pauli V. olim huius Cathedralis Episcopi plenariam Indulgentiam fuisse *Matth. c. 6.*

conceſſam;nec non etiam tempore profeſſionis emittendæ, ac in eorum Ordinum Feſtis: & quatenus annum probationis complere nequirent; pari B. Pij V. pietate, ſi in Nouitiatu deceſſerint, & Profeſſionem in mortis articulo conſtitutæ emitterent; eadem eſt Indulgentia impertita.

3 Religioſa perfectio in Monialibus ad inſtar eſt ædificij, quod facilè corruet, niſi innitatur firmiſſimo fūdamēto: ipſa quoquè ſi ſtabili careat ſuſtētaculo; nō poterit in altū conſurgere, & cælum conſcendere. Quapropter ad hoc maximè intenti in noſtris paſtoralibus Viſitationibus oculis luſtrauimus, ac deſignauimus in quibuſcumque Monaſterijs ſeparatas Monialium, Nouitiarum, ac Educandarum cellulas: & vbi non reperimus, curauimus ædificandas. Strictè ergo iubemus, Nouitias incolatum habere in proprijs ſui nouitiatus cellulis, ac in lecto ſeparato dormire: vt ſeiunctas a ceteris Monialibus, ac Educandis faciliori modo, & attentiori cura earumdem Magiſtra in regulari obſeruantia, & perfectionis incremento valeat inſtruere: quòd difficiliùs conſequeretur, quando communis eſſet incolatus, & familiaris conuerſatio.

Sacr. Congr. 8. Febr. 1694. Arez.

4 Volumus inſuper, vt præfata Magiſtra diligenter dictas Nouitias aſſociet (cùm ipſis rationabilis præbetur occaſio) ad crates, & ad chorum ſtatis horis, quæ indè non abſint, niſi ipſa Magiſtra eò comitetur, vbi prædictum incolatum habere intendimus.

mus. Ipsa autem inter cæteras virtutes ætate grauis, maturo consilio, præcipua charitate, & religiosa obseruantia præ alijs omnino refulgeat.

5 Eiusdem Magistræ erit Nouitias in Sacrorum Librorum lectione erudire, maximè verò in Oratione, & diuini Officij recitatione; nec non circa Communionis, & Pœnitentiæ Sacramenta, & in rudimentis Fidei, & in Doctrina Christiana, pariterquè curet earumdem mores materna charitate corrigere; vt completo anno, quando professionem emittere intendant, Monasterio vtiles sint, & æternę animę saluti consulant.

6 Cùm inter cęteras virtutes, ea pręcipuè humilitas sit, quę Redemptori nostro, qui eam semper coluit, summoperè placuit, vtì nos docuit inquiens, *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris*; ipsas in hac pręcellenti virtute non minùs erudire studeat; vt promissum pręmium reportare valeant: quinimmo eas mortificationibus in huiusmodi virtute sedulò probet.

7 Domesticam cum eisdem vitam non ducat; ne ex nimia familiaritate debitum remittant obsequium.

8 Moneat insuper easdem, vt ea, quę animum ipsarum perturbare possunt, liberè patefaciant: sic enim prompto auxilio, & salubri consilio eas poterit subleuare. Certa sit, Deo nil gratius, eiquè vtilius esse posse, quàm sedulam nauare operam, vt tales arbores

bores in agro Domini plantet, ex quibus Monasterium maturos fructus colligere valeat, iuxta illud,
Ps. 1. *Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.*

9 Earumdem Nouitiarum conscientię quieti consulentes, ne anteactę sęcularis vitę pręteritarum confessionum inualiditate remorsus detorqueat, & vt hilari animo libentiùs Deo inseruiant; volumus, vt per generalem omnium suorum peccatorum confessionem (quatenus eam in seculo non peregerint) conscientiam discutiant, & expurgent.

10 Quia sæpè contingit, vnum ędificare, & alterum destruere, quando Nouitię se auerterent a cura Magistrę, cui subiectas esse omnimode volumus: ideo interdicimus omnibus, & quibuscumque Monialibus, etiam sanguine coniunctis, ne se in cura huiusmodi immisceant.

11 Vt professionis tempus, a sacro Concilio Tridentino dispositum ad debitam professioné emittendam, constare possit a die sumptionis habitus Nouitiæ; idcircò volumus, & mandamus, vt eadem cuiusque Nouitiæ professio in peculiari libro a Cameraria seruando annotetur cũ hora, die, mense, anno, & coram quo fuerit admissa; sub qua ipsa Nouitia propria manu, ac duæ Discretę, quæ pręsentes fuerint, sese subscribant: quòd si illa scibere nesciret; Crucis signum apponat.

De

1 MVneris, quo fungimur, debitum Nos vrget ac necesse ducimus Educandas instruere, quas pastorali nostræ solicitudini Parentes commendant, vt probis moribus imbuantur; quatenus a seculo declinare velint, & perfectioris vitę statum assumere, quò in cęlis coronentur: idcirco, ne debita nostra super hoc attentione fraudentur, iniungimus eidem Magistrę Educandarum, vt debitam, & frequentem earumdem curam habeat, & quod de Nouitijs in superiori capite pręscripsimus, id totum de his (habito ipsarum status respectu) exequi volumus, pręcipuè verò circa subsequentium ordinationum obseruantiam, vt Sacrę Congregationis mandatis sese conforment circa earum ingressum ad monasterium, & alia, quę ab omnibus Educandis Magistra curabit obseruari sub pœnis ab eadem Sacr. Congr. inflictis.

2 Educandę sponsalia in proximo contracturę de Monasterij septo, quàm primum exeant: & interim cum futuro Sponso nec ad crates, nec ad ianuam Monasterij, nec alibi colloqui audeant, nec cum alia persona eius nomine ad Monasterium accedente.

Decreta Eminentissimorum, & Reuerendissimorum Cardinalium Sacræ Congregationis super negotijs, & consultationibus Episcoporum, ac Regularium pro ingressu *Sacra Congr. 17. Septemb. 1649.*

ho-

honestarum Puellarum ad effectum educationis in monasterio seruanda cum infrascriptis conditionibus, & non aliàs

1 VT ingrediatur, & maneat cum habitu statui virginalis modestię conformi.

2 Ne secum vllam Ancillam ducat.

3 In consueto loco, pro Educandis apto, distincto, & a professis Monialibus, ac Nouitijs seposito, ac etiam ad laborandum, & seorsim ad dormiendum. Quæ omnia exequutioni erunt demandanda sub cura Magistrę Educandarum, cui id oneris iniunctum est.

4 Vt Clausurę, & Collocutorij non secus ac Moniales iura seruet.

5 Egressæ semel e Clausura facultas nulla sit, qua possit in præfatum Monasterium regredi absque noua Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium licentia, seu in casu, quo Religionis habitum induere velit.

6 Vt præfata Puella annum vigesimumquintum agens, statim e Monasterio egrediatur sub pœna violatę clausurę ipso facto absque vlla alia declaratione incurrenda: cogentes Parentes, vel Proximiores eamdem in pręfata ætate recipere, quemadmodùm cùm aliàs per Nos expediens iudicaretur, vt exire e Monasterio deberet.

7 Sicut inuitę non debent Educandę ingredi septa, ita nęc detineri, quatenus exire velint ex huius-

iusmodi causa, vel alia: in quo casu Abbatissa certiores Nos reddat.

8 Alimenta Monasterio consueta persolui, Abbatissa de semestre in semestrem numerata pecunia recipiat iuxta obligationem in Cancellaria nostra tempore ingressus eiusdem Puellę faciendam. Quòd si solutio retardetur; id Nobis significet, vt eius expulsionem pręcipere possimus.

De Infirmaria. §. 12.

1 CVm non minùs charitas, quàm iustitia vrgeat ęgrotis Monialibus subuenire, vt a morbis, quibus grauantur, conualescant, & Deo feruentiùs inseruiant, ac opem suam Monasterio vtilem pręstent; mandamus, vt semper, & quandocumque Monialis aliqua febri, vel graui morbo laborauerit, & Medici consilium suaserit, promptè ad Infirmariam deducatur, ibiquè decumbat, vbi a Monialibus ad id deputatis de necessarijs Monasterij sumptibus, omni sedulitate, studio, & pietate eidem subueniatur: & quidquid a prędicto Medico fuerit demandatum, exequutioni detur: nec Ægrota ab infirmaria recedat, donec a prędicto Medico fuerit dimissa. Nulla autem ad infirmariam sub infirmitatis prętextu accedat, nec recipiatur; nisi eiusdem morbi per Medicum causa cognita. Nulla post tertium infirmitatis diem in proprio cubiculo a Medico, vel Chirurgo visitetur: sed in infirmariam deferatur.

1 EXperientia sæpè docuit, Conuersas inutiles ad habitum esse admissas, quamuis adsit annus pręfixus probationis, & ad profitendum non admittantur, nisi conuocato Capitulo maior Monialium pars concurrat ad earumdem acceptationẽ: etenim ob affectionem, qua Moniales dictas Nouitias vt plurimùm complecti solent, solet euenire, easdem Conuersas licèt inutiles retineri: indecorum namque videtur, assumpto habitu ipsas reijcere: hoc tamen Monasterio detrimenta non leuia gignit. Ideo pastoralis nostræ solicitudinis partes esse putauimus super hoc prouidere; humiliq; facto recursu ad Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium negotijs prępositam, vt pręfatę Conuersę tribus mensibus in habitu seculari in Monasterio inseruiendo retinerentur pro maiori earumdem habilitatis experientia: & quatenus pręd ͥcto tempore elapso idoneæ iudicarentur, Capitulo proponerentur pro earum acceptatione ad habitum; cumquè inutiles essent, reprobarentur. Et fauorabili benignè Decreto obtento, in eiusdem exequutionem Abbatissæ mandamus, vt semper, & quando casus introducendæ Conuersæ alicuius aduenerit; curæ alterius Conuersæ virtute, & morum grauitate præditæ ipsam subijciat, vt de eius idoneitate certum iudicium fieri possit: & antequàm dictorum mensium terminus labatur,

cer-

certiores Nos faciat, vt licentiam de eiusdem egressu impertiri, & de eius libera voluntate, num religiosū habitum suscipere intendat, explorationem extra Monasterium facere possimus, & tandem Capitulo pro admissione (idonea reperta) per Nos proponatur. Quod Decretum ad litteram cum precibus *insinuare his nostris Constitutionibus* duximus.

2 Pias, & vtiles Constitutiones aliàs per Eminentissimum Cybo Monialibus S. Clarę indictas, & per eas acceptatas (prout ex rogitu Thomæ Matoffi nostri Cancellarij sub die.....) in suo robore permanere volumus, easquè reueremur, & quatenus opus sit, & nō aliàs confirmamus, debitæquè exequutioni ab ipsis demandari iubemus, omni &c.

De Legatis Pijs. Tit. XXXIII.

1 NOscant omnes piorum legatorum Debitores, legata pia Sacrorum Canonum auctoritate, etiamsi adimpleri non potuerint vel de iure, vel de facto, esse persoluenda; nec fieri caduca, nec haberi pro non scripta, neque ad hæredes deuolui: namque si Testatorum voluntas adimpleri nequeat fauore piæ illius causæ, in aliam itidem piam cau-

ſam per Superiorem eccleſiaſticum declarãdam erogantur.

2 De iſtorum verò piorum legatorum perſolutione quid vltra dicta per Eminentiſſimum Cybo in ſua Synodo dicamus, vix poſſumus inuenire: ſed obſtupeſcimus, quomodò ipſi Debitores ſententijs, ac pœnis contra eos per ſacroſancta œcumenica Concilia comminatis non terreantur: ipſas autem paterna charitate adducti hic dolentes recenſemus. Habemus enim ex Carthaginienſi Concilio 4. cap. 95. ſic, *Qui oblationes Defunctorum aut negant Eccleſijs, aut difficulter reddunt; tamquam egentium necatores excommunicentur*. Item ex Concilio Vaſenſi cap. 4. *Qui oblationes Defunctorum retinent, & Eccleſijs tradere remorantur; vt infideles ab Eccleſia ſunt abijciendi*. Item ex Concilio Agathenſi cap. 4. *Clerici, vel Seculares, qui oblationes Parentum aut donatas, aut teſtamento relictas retinere perſtiterint; velut necatores pauperum, quouſque reddant, excludantur ab Eccleſijs.*

3 Eccleſiarum, vel Confraternitatum Rectores, ſeu Adminiſtratores pecunias, ſiue mobilia bona locis legata pijs ab ipſo acquiſitionis die ſtatim deponant apud Perſonam, quam fides, & facultates ad hoc munus idoneam faciant, & quam Nos, ſiue Generalis noſter Vicarius approbauerimus. Deponantur autem talia bona, & pecuniæ ad effectum illas, illorumquè pretium inueſtiendi in bonis ſtabilibus, quæ fructifera ſint, exprimanturquè onera, vel onus

anne-

annexum in emptionis instrumento, quod neutiquã stipuletur, neque firmetur contractus sine nostro, vel eiusdem Vicarij nostri consensu. Qui huic nostro mandato non obtemperauerit, grauissimis certè pœnis, ac etiam excommunicatione meritò punietur.

De Rebus Ecclesiæ non alienandis. Tit. XXXIV.

1 CVm bonorum immobilium, & mobilium, iuriumquè, & actionum, censuum, redditūum, debitorum, & quarumuis rerum ad Ecclesias, necnon ad quęcumque pia Loca pertinentium inuentaria fieri omnino velimus, vt aliàs iussimus; in eorũ bonorum omnium inuentario singulæ qualitates, & presertim immobilium fines singillatim, & distinctè explicari mandamus. Eius autem inuentarij transumpta duo fiant, quorum vnum Rectores, vel cæteri Administratores, prout moris est, penes se retineant: alterum in Cancellaria Episcopali exhibeatur, ibidem asseruandum.

2 Et si aliquis canon, seu census singulis annis exigendus sit; diligentiam adhibeant, vt authenticis documentis constet, cuius fundi, vineæ, prati, nemoris, vel aliorum agrorum, siue etiam apothecæ, domus, aut quarumlibet ędium nomine exsoluantur, quoquè titulo exigantur; cum specifica descriptione

finium

finium rerum prædictarum; vnà cum nominibus tam eorum, a quibus possidentur, quàm Notariorum, a quibus instrumenta stipulata fuerunt.

3 Et quoniam lapsu temporis prædictorum, seu aliorum bonorum termini, & vocabula mutantur, aut delentur; Mandamus, vt omnium, & quarumcumque rerum immobilium, siue ab ipsis Ecclesijs, & Pijs locis possessarum, siue in emphiteusim concessarum vocabula, necnon antiqui termini, & recentiores, vnà cum illorum nominibus, a quibus detinentur, seu possidentur, in publicis exhibeantur tabulis, & declarentur; necnon de decennio in decennium per publici Notarij acta, illis (quorum interest vocatis) renouentur.

4 Pecunias autem, census, res, & bona, Ecclesiæ seu alij pio loco debita, suis loco & tempore non persoluere idem quidem est, atque Ecclesiam ipsam bonis suis exspoliare. Quarè præsenti decreto omnes & singulos Debitores quarumcumque Ecclesiarum, Monasteriorum, aliorumquè Piorum locorum monemus, & obsecramus, quatenus infra duos menses post harum Constitutionum euulgationem debeant, & eorum quilibet debeat cum effectu soluisse, consignasse, & tradidisse Ecclesijs, Monasterijs, & alijs præmissis Pijs locis pecunias, census, res, & bona eisdem per eos debita.

5 Vt verò Christifideles faciliùs pœnam nouerint, quæ contra bonorum ecclesiasticorum Vsurpatores

tores

tores a Sacris Canonibus, nouissimèquè a Sacrosancta Tridentina Synodo grauissimè sancita est; Parochi in Dominica Secunda, & Tertia Aduentus intra Missarum solemnia eiusdem Concilij Decretum hac de re editum *cap. vltimo Tit. 22. de Reformat.* vulgari sermone explicatum promulgent. Et Decretum propterea huiusmodi *infra positum erit in Appendice.*

6 Et quoniam Nobis innotuit, quòd multi Rectores beneficiorum, & Ministri Confraternitatum, & piorum locorum, seu legatorum retinent penes se pecunias prouenientes ex censibus, seu alijs capitalibus ad dicta beneficia, Pia loca, & legata spectantes occasione redemptionum censuum, seu ex alia causa, vel consentiunt, quòd dictæ pecuniæ retineantur per Personas forsan non idoneas; vel sub diuersis prætextibus inuestimenta differuntur; Ideò tanto malo occurrentes iubemus, quod pecuniæ in actu extinctionis censuum, seu in alio quocumque actu recipiendæ de capitalibus, vt supra, nullatenus remaneant penes Rectores, Priores, & Administratores, nec penes Personas eis placitas: sed actualiter deponantur penes Depositarium nostræ Mensæ Episcopalis, vel alium idoneum per Nos in scriptis eligendum, & approbandum, & respectiuè penes Depositarios Confraternitatum: dummodò tamen isti fuerint electi, confirmati, & ad officium admissi per Nos ad formam præscriptam in sequenti Titulo *de Confraternitatibus*: aliàs extinctiones censuum sint ipso

iure

iure nullæ; & insuper Priores, & alij Ministri contrafacientes teneantur de proprio insolidum, & ad damna, expensas, & interesse, vltra pœnas alias contentas iu Synodo Eminentissimi Cybo c. 33. quibus per præsentes nullatenus sit derogatum.

6 Suppellectilem, aut libros, siue scripturas quascumque ad Ecclesias, seu alia pia loca spectantes nemo asportare, aut retinere præsumat, sub excommunicationis pœna latæ sententiæ, eius absolutione Nobis reseruata.

7 Vt autem consulamus Ecclesijs, Hospitalibus, Monasterijs, & alijs Pijs locis, quorum Rectores, vel Administratores, aut prę inopia non possunt, aut præmetu non audent iura, & bona illorum tueri, seu recuperare; pro nostræ Pastoralis curæ officio Procuratorem, & Aduocatum deputandos curauimus, qui diligentissimè id muneris exequantur. Quibus vtiq; condignam mercedem in causis agendis persolui mãdamus, quatenus per facultates Ecclesiarum, vel Piorum locorum, quorum patrocinium susceperint, licebit: sin minùs, omnia gratis ab vno, & altero peragantur. Verùmtamen si quid iuris, vel emolumenmenti Ecclesiæ, vel Pio loco ex illorum opera cum effectu acquisitum fuerit; causis peractis satisfieri cõpetenter volumus: si verò contra acciderit; vberiùs a Deo, bonorum omnium elargitore, & remuneratore præmium accipere sint contenti.

8 In quouis contractu de huiuscemodi rebus alienan-

alienandis celebrando, si Viri periti ad iustificanda requisita de iure adhibendi, aut tacendo verum, aut falsum affirmando Pia loca fefellerint in æstimando iusto rerum valore; præter damni compensationem, ad quam sanè tenentur, etiam excommunicationem incurrunt.

9 Prædia, vel prædiola quæcumque Ecclesiæ, vel cuiuslibet Loci Pij locari non possint, nisi priùs sint publicata Edicta, & nisi omnibus Conductoribus libera offerendi detur facultas: sicquè ad extinctionem candelæ coram Vicario Nostro Generali in Ciuitate, in Diœcesi verò coram Foraneo, & loci Curato cum idonea fideiussione locentur, Administratoribus stipulantibus per Instrumentum in publica forma registratum in libro ad hoc præordinato. Quę cuncta mandamus sub pœna nullitatis contractuum, & refectionis damnorum contra dictos Rectores, seu Officiales, si quid in contrarium fuerit attentatum.

De forma Inuentarij conficiendi. Tit. XXXV.

1 INuentaria vigore Decretorum in præceden. Tit. promulgatorum, publici Notarij manu conscribantur. Si verò Notarius haberi non possit, ipsimet Rectores, vel alij Ecclesiarum, seu piorum

Locorum curam gerentes, adhibitis secum publicis Officialibus, & his deficientibus, saltem tribus testibus Senioribus de Populo, qui de Ecclesiarum iuribus plenam notitiam habeant, inuentaria huiusmodi describantur.

2 Neque ex antiquis Catastris, aut Inuentarijs excipiantur; sed de nouo fiant, ac sub ijs nominibus, & vocabulis describantur, sub quibus de tempore confecti Inuentarij reperiuntur, additis nouis nominibus; vt sic termini, & confinia vera recognoscantur. In rerum autem omnium descriptione hic ordo teneatur, & subsequens forma seruetur.

In Dei Nomine Amen.

Hoc est Inuentarium omnium, & singulorum bonorum mobilium, stabilium, & se mouentium, fructuum, redditum, iurium, & actionum ad Ecclesiam N. spectantium. Et exprimatur, an illa simplex sit, an Parochialis.

De Beneficijs, & illorum collatione. Tit. XXXVI.

1 VT non solùm sinè simoniæ labe, verùm etiã sinè auaritiæ suspicione beneficia conferantur; districtè præcipimus, ne in collatione, vel prouisione qualibet beneficiorum, quicumque ad id ha-

bent ius, quidquam ab eo, cui beneficium confertur, etiam sponte datum, recipere audeant.

2 Patroni ius eligendi habentes, vel præsentandi ad beneficia, aliquid ab Electo, vel Præsentato nō recipiant; neque ex huiusmodi causa quidquam retinere, vel consequi præsumant; neq; in fructuum, ac reddituum perceptione ex quacumque causa se ingerant; neque iuspatronatus quoquo modo alienare præsumant. Quòd si secus fecerint; excommunicationis Summo Pontifici reseruatæ, & interdicti pœnas incurrisse se nouerint, & dicto iurepatronatus ipso facto priuatos existere, sicuti *in Tridentino Concilio Seß. 22. Cap. 21. de reform.*

3 Clerici verò, qui vsurpationi huiusmodi consentientes fuerint, excommunicationem pariter Summo Pontifici reseruatam, ac beneficiorum priuationem, & ad alia quæcumque obtinenda inhabilitatem, sciant, se ipso iure incursos, & a suorum ordinum exequutione esse suspendendos; vt patet *ex eadem Synodo Tridentina Seß 22. cap. 11. de refor.*

4 Ad occurrendum denique fraudibus, quæ in Beneficiorum collationibus accidere possunt, decernimus, vt quilibet nominatus, vel ad aliquod beneficium præsentatus, priusquàm admittatur vel instituatur, in manibus nostris, vel Nostri Generalis Vicarij iuramentum in formam, quę *in fine ponetur*, emittat.

5 Sub redimendę vexationis specie quandoque

simoniacis pactionibus aditus aperitur: quapropter nemini licere volumus (ne in casibus quidem a iure permissis) dare pecuniam, vel quidquam pacisci, aut transigere ad redimendam vexationem, nisi noster accedat assensus, sub pœna nullitatis istiusmodi pacti, seu conuentionis, alijsquè nostro arbitrio irrogandis.

6 Multis, ambitiosisquè precibus vel per se, vel per alios aliquod ecclesiasticum postulans beneficiũ, eo facto adeo indignus erit; vt per biennium neque ad illud, neque ad aliud concurrere queat: eademq; pœna cumulamus illos, qui talia beneficia nondum vacantia petere ausi fuerint, super eas, quibus a Sacris Canonibus hęc tam scelesta castigatur auiditas.

De Foro Iudiciali. Tit. XXXVII.

1 VIcario nostro Generali (cui nostras vices committimus, & de cuius bonitate, sciẽtia, & prudentia confidimus) ab omnibus iurisdictioni nostrę subiectis debitam exhiberi obedientiam, ac reuerentiam volumus, & mandamus.

2 Vt causas, quantùm ius patitur, idem Vicarius citissimè expediat, & pręcipuè miserabilium Personarum, vehementer hortamur: quibus pręterea de idoneo,

idoneo, ac Pio Procuratore,& Aduocato prouideat. Si quis autem sine rationabili causa hoc munus recusauerit; ad ecclesiastica tractanda negotia censeatur inhabilis, & ab Episcopali foro (donec visum Nobis fuerit) arceatur.

3 Monitoriales litteras ad effectum reuelationis non pro re leui (sicuti aliàs factum fuisse intelleximus) sed iuxta Tridentini præceptum non nisi in grauioribus causis, & magna circumspectione concedat.

4 Quòd si quis in posterùm ausu temerario pręsumpserit processus, libros, scripturas, acta, vel alia, ad forum, seu tribunal, vel cancellariam episcopalē pertinentia asportare, vel retinere, ipso facto in excommunicationis pœnam nobis reseruatę incidat.

5 Pupillorum quoquè, Viduarum, & aliorum egentium, ac miserabilium Personarum cura negligenda nobis non est: Quarè decernimus, vt Procurator constitutus pro Ecclesijs, & pijs Locis, misericordiæ viscera indutus, patrocinium causarum pro huius generis Personis suscipiat, & eas gratis defendat. Magistratus Ciuitatis etiam exhortamur, vt aliquo charitatis subsidio opus adeo pium, diuinęquè pietati tantoperè gratum adiuuare non pigeat.

6 Litigantium miserijs, quantùm possumus, occurrentes mandamus, quòd in causis in posterùm agitandis coram Nobis, seu Vicario Nostro in vim obligationis Cameralis, nec non via exequutiua, & summariè

mariè tam ex iurisdictione ordinaria, quàm ex delegata, ac in omnibus quibuscumque, in quibus de plano, & de facili proceditur; possint Principales, seu eorum Procuratores agere, & comparere sine Aduocatis. Et quatenus ipsi putent se insufficientes ad huiusmodi causas ordinandas, & pertractandas; possint quidem Aduocatos adhibere: sed Pars succumbés, & in expensis condemnata non teneatur ad patrociniũ Aduocatorũ Partis victricis, quæ ex sui placito, vel propter insufficientiam sui Procuratoris, illos, seu illum adhibuit in causis præfatis.

7 Verùm quia in eisdem causis Executionis, & Summarijs, vt supra, occurrunt persæpè discussiones articulorum Facti, & Iuris non leuis considerationis, ad quos bene examinandos opera Aduocatorum non est inanis; ideo in his casibus Aduocatorum adhibitorum salaria iuxta inueteratam taxam Nostri Tribunalis solui, & soluta a Succumbentibus in expensis condemnatis refici volumus, & mandamus. Tunc autem opera Aduocatorum causas præfatas indiguisse constabit; quando Nos, vel Vicarius Noster Victum in expensis etiam Aduocati Victoris cõdemnabit: qua expressione non extante, solùm Procuratoris salarium taxetur, & reficiatur. Quatenus verò ad causarum huiusmodi expeditionem non fuerit deuentum, ideoq; condemnationis in expensas non appareat qualitas; tunc stetur declarationi facien. per Nos, seu Vicarium nostrum, qui causæ Iudex

dex extiterit. Optamus equidem Iuris Professoribus pro eorum labore abundè satisfieri: sed si adhibiti sunt in causis, quas Procuratores debent ex se gerere, & in quibus Iudex potest supplere; quidquam eos prætendere contra Succumbentes per se ipsos, vel per eorum Principales omninò denegamus: reseruantes tantùm dictis DD. Aduocatis actiones contra proprios Principales, vel alios, qui eos vocauerunt.

8 Idem seruetur in iudicijs concursus Creditorum, in quibus si graduatio pendet a sola anterioritate temporis, quam Procuratores proponere possunt, & Iudices ad oculum cognoscere; inanis Aduocati opera reputatur. Si vero disputetur in iure veritas crediti, potioritas, & similia, quæ Procuratores explanare non possunt; tunc mercedem consuetam Aduocatus consequatur ex pecunijs concursus reficiendam: quod dignoscetur ex tenore, & expressione condemnationis ad expensas etiam Aduocati, vt supra dictum est.

9 Expensæ vt supra regulandæ pro DD. Aduocatis, & Procuratoribus in iudicijs concursus obtineant locum illum, quem obtinebunt Creditores principales eorum in graduatione: & non omnes expensæ omnium Procuratorum, & Aduocatorum ponantur in primis locis tamquam anteriores, seu potiores; sed prout Creditor quisque, ita & quilibet eius Aduocatus, & Procurator anterioritate, & potioritate gaudeat.

10 Ma-

10 Maximum verò agnouimus grauamen insurgere sinè vlla Creditorum vtilitate, dum pendente judicio concursus ad instantiam quorumdam Creditorum fabricantur processus contra Debitorem, & procurantur mandatorum exequutiuorum relaxationes, aut aliȩ similes sententiȩ, qui processus, mandata, & sententiȩ producuntur, seu repetuntur in dicto iudicio concursus, multiplicando sic patrocinia pro Aduocatis, & Procuratoribus, & acta pro Cancellarijs, & Notarijs. Ideo pendente concursu hortamur DD. Procuratores, & Aduocatos ad sese abstinendum ab huiusmodi processibus; sed ad exhibendum iura suorum principalium coram Iudice concursus, inhȩendo, & instando pro debita graduatione, & consignatione: aliàs multiplicando dictos processus, & supra, & eos producendo, seu repetendo, nullam mercedem recipient ex iudicio concursus, prȩter eam, quȩ eis debetur ex processibus productis, & repetitis; cùm etenim eadem sit causa, vnùm patrocinium consequentur: & Vicarius noster vnico honorario pro tota causa vsque ad pecuniarum consignationem inclusiuè contentabitur. Notarius verò, seu Cancellarius satisfactus semel in confectione dictorum processuum, si isti reproducantur, vel repetantur, nihil vltra consequatur, & illorum paginȩ non computentur, & numerum omnino non faciant in prȩiudicium Creditorum.

11 Ad nostras etiam aures peruenit, quòd causa-

ſarum Patroni pro Debitoribus inſiſtentes, & impugnantes ſubhaſtationes, deliberationes, & conſignationes, prætendunt pariter ſuum ſalarium cum prælatione in pecunijs cõcurſus, ſub hac ratione, quòd fuerint rei amiſſæ defenſores. Hunc errorem ita Creditoribus præiudicialem omnino tollentes, declaramus dictis cauſarum Patronis deberi quidem ſalarium cũ prælatione, ſi rem defenderint ad hoc, vt in manu Debitoris remaneret, ſinè qua defenſione res in manum alterius deueniſſet: ſed quando ſe opponunt deliberationibus, & conſignationibus vt ſupra aduerſus Creditores; tunc tamquam defendentes Debitorem, & non rem; ac nullum vtile negotium pro Creditoribus peragentes; nullum ſtipendium ſuper rei pretio cum prælatione prætenſa deberi ſtatuimus: ſed ius tantùm eiſdem reſeruamus contra eorum Principales, & ſuper bonis, ſeu pecunijs ad ipſos Principales ſpectantibus, ſatisfactis Creditoribus ſecundùm eorum anterioritatem, & potioritatem.

12 Solent etiam in aliquibus Iudicijs deputari Curatores bonis Abſentis, hereditatibus iacentibus, & ſimilibus, qui Curatores preſtant vt plurimùm purum Nomen, & adhibentur tantummodò ad iudiciorum validitatem, ſed in rei veritate nihil agunt. Ideo, quoties id acciderit; concedimus huiuſmodi Curatoribus aliqualem recognitionem arbitrio Noſtro, ſeu Vicarii Noſtri taxandam cum prelatione eò, quia ſint tales deputationes neceſſariç, & ſine illis acta, &

 proceſ-

pro. essus non subsistant: sed integrum patrocinium eis denegamus. Quatenus tamen contingeret dictos Curatores valde in deputatione laborare debuisse; poterit Vicarius noster eis concedere integrum patrocinium, prout & Nos concedemus: sicuti etiam D. Aduocato, si is necessarius fuerit iudicatus, & de hoc constabit per expressam specificationem in sententijs: qua expressione cessante, nihil Aduocato, & solam recognitionem aliqualem Curatori debitam esse declaramus.

13 Salubres istas Constitutiones Synodales a Versiculo, *Litigantium miserijs*, vsque ad præsens expressas in materia tanti momenti fore seruandas etiã per Dominos Iudices Seculares in Domino confidimus, & enixè adhortamur per hanc nostram Diœcesim: vt seruata vnione, fortiùs Summo Pontifici immediatè Subditorum grauamina reparentur.

14 Viduæ, Pupilli, Pauperes, & miserabiles Personę quæcumque etiã seculares sciant, se gaudere electione nostri Tribunalis ecclesiastici tam in ciuilibus, quàm in criminalibus ex inueterata consuetudine canonizata per litteras Sacræ Congregationis *super negotijs iurisdictionalibus vsq; ab annis . . in fine huius Synodi registrandas*: ac propterea huiusmodi causis in nostra Curia introductis, siue definitis, Iudices seculares in illis ampliùs sese intromittere non possunt, vt nouissimè eadem Sacra Congregatio resoluit per litteras sub Dat..... pariter *in fine registrandas*.

15 Ex

15. Ex eodem inueterato ſtylo quotidie inter Seculares agitantur in Noſtro Tribunali lites *vigore obligationis cameralis* cauſam comprehendentes. Hinc poſſeſſionem continuare volentes, & ſemper apparere futuris temporibus cupientes; ipſam in hac præſenti Synodo memorare neceſſarium duximus ad authẽticam prout memoramus, & authenticamus omni meliori modo.

16 Clerici quicumque certò ſciant, quòd dimittentes habitum, & ſecularizantes per aliquod temporis ſpatium arbitrio noſtro, trina erunt monitione requiſiti ad illum reaſſumendum, & vitam clericalem ducendam ſub pœna priuationis priuilegij Fori in perpetuum: & poſt lapſum temporum dictarum monitionum, ſequuta tali noſtra declaratione ad formam a iure determinatam, & a Sacra Congregatione Cõcilij confirmatam, ipſi ampliùs dicti Fori priuilegio nullatenus gaudebunt: & nihilominùs ius Nobis cõtra eos procedendi, ſi deliquerint, erit reſeruatum, prout ex nunc reſeruamus iuxta declarationes eiuſdem Congregationis.

De Vicarijs Foraneis. Tit. XXXVIII.

1 VIcarios Noſtros Foraneos per Nos deputatos pręſenti decreto confirmamus: qui-

bus vt honor debitus tribuatur, volumus, & mandamus, vt omnes Clerici, & Presbyteri, quacũque prædititi dignitate, in omnibus ijs obtemperent, quæ ad ipsos tamquam Vicarios Foraneos spectant; aliàs nouerint inobedientes nostram se incursuros esse indignationem.

2 Munus Vicarij Foranei erit, super omnibus inuigilare Ecclesijs, Confraternitatibus, Hospitalibus, nec non alijs Pijs locis in eius vicariatu existentibus; ac omnium Sacerdotum, & Clericorum vitã, & mores diligenter inquirere, & an suum ipsi munus probè exerceant, an decreta Synodalia seruent; item an ea, quæ in visitationibus fuerunt ordinata, rectè sint executioni demandata. Debebunt illi omnia vltra hæc diligenter adimplere, quæ in instructione eis aliàs per Em. Cybo data continentur, sicuti est in eius Synodo fol. 251. impressa, ab ipsis crebrò perlegenda.

3 Semel in anno saltem Vicarij Foranei ad Nos, vel Nobis absentibus, ad Vicarium nostrum Generalem accedant: & singulis mensibus de rebus ad suum ipsorum officium spectantibus scribant. Qui non paruerit, vel in commemoratis rebus sibi commissis negligens extiterit; officio priuabitur, nec non dignè mulctabitur.

4 Ciuiles causas scutorum quinque, & infra ad nostrum Forum spectantes cognoscant, & sinè strepitu terminent: in grauioribus negotijs tamen Partes,

tes, Litigantesque Curiam nostram adeant. In criminalibus verò si quod delictum patratum fuisse audierint; offensarum Personarum accusationes, & testium depositiones recipiant, & acclusas per fidum portitorem ad eamdem Curiam deferant, nisi aliud Nos censuerimus faciendum esse.

5 Quoties Vicarius foraneus cum alijs sui Oppidi Clericis ad aliqua officia peragenda conuenerit; ipsemet mensam benedicat, atque curet omnino, dum vile corpus terrenis pascitur cibis, pretiosam animã cælesti alicuius sacræ lectionis pabulo saginari. Ipsius quoque sit munus efficere, vt tam Clerici, quàm Sacerdotes a ludis abstineant, ab ebrietate, & ingluuie caueant, vt què longè absint ab eis actiones, verba, & res, vndè scandala possint oriri. Id verò præcipimus sub pœnis arbitrio nostro irrogandis.

De Confraternitatibus. Tit. XXXIX.

1 LAicorum Confraternitates, vt in orationibus, misericordiæ operibus, & Sacramentorum frequentatione se exercentes vberrimos salutis fructus consequantur, sunt instituta. Ea insuper, quæ ad Sodalitatum administrationem pertinent rectè, & eo quo decet ordine perficere omnino debẽt.

2 San-

2 Sancimus propterea, vt vnaquæque Confraternitas nullas constitutiones, statutaue condere, vel habere possit, nisi prius a Nobis examinata fuerint, & approbata.

3 Fidei rudimenta Ignorantes, publici Concubinarij, Vsurarij, Blasphemi, & facinorosi, vel infames homines, nisi ad meliorem frugem reuertantur, in his Sodalitatibus recipi nolumus.

4 In Festiuitatum celebritatibus comessationes non faciant; & multò minùs Confraternitatis pecuniam, vel bona in illis expendant. Sodalitio ære panē Confratribus non conficiant, & Nobis inscijs intuitu peregrinationis ad S. Lauretanam Domum, seu ad aliam Ecclesiam, & cadauera cuiuscumq; ad ecclesiasticam sepulturam asportandi causa nulla fiat expēsa. De cera verò, necnon de oleo, alijsquè minutis consuetis expensis ipsi prouideant: at in alijs Sodalitatum bona absque Nostra, aut Vicarij nostri Generalis in Ciuitate, & in Diœcesi Vicarij Foranei obtenta facultate, expendere non audeant sub pœnis &c.

5 Priorum, aliorumue Officialium, Administratorum, & quorumcumque Societatibus Inseruientium electio sinè Vicarij nostri Generalis, vel alterius Personæ ecclesiasticæ ab eo specialiter deputatæ in Ciuitate, in Diœcesi verò Vicarij Foranei præsentia nullatenus fiat, in exequutionem Bullæ Clementis Octaui desuper anno 1605. 24. Decembris edita, quæ *in fine ponetur*. Ipsi verò Electi munia, & officia

eisdem

eiſdem ritè demandata ſinè licentia noſtra, vel confirmatione exercere non valeant. Neque *viua voce* vlla fiat electio, ſed per ſecreta ſuffragia: aliàs electio facta ipſo iure ſit nulla.

6 Depoſitarij in ſpecie Confraternitatum, & cuiuſuis loci Pij eligantur vt ſupra: ſed Electi ad officium non admittantur, niſi præſtita idonea cautione, approbanda per congregationem Confratrum, & per Nos confirmanda: aliàs tamquam Depoſitarij non legitimi reputentur.

7 Quàm confusè Confraternitatum, & Piorum Locorum bona adminiſtrentur cognouimus dolenter in viſitationibus per Nos habitis, tam in hac Ciuitate, quàm in tota noſtra Diœceſi Æſina: & cauſam primariam tanti mali fortaſſe prouenire comperimus ex eo, quòd reuiſiones computorum fiunt tantummodò per Deputatos a dictis Confraternitatibus, & locis Pijs, & (quod peius eſt) differuntur de die in diem ad multos annos; & interim continuatur adminiſtratio per eoſdem, quamuis nullam reddiderint rationem, & vt plurimùm debitores exiſtant. Ideo inſpecta forma, qua Montiſta huius Ciuitatis ſuam reddit rationem, & agnoſcentes illam valde tutam, & proficuam, volumus, & mandamus, vt pariformiter omnes, & quicumque Priores, Depoſitarij, Adminiſtratores, & Miniſtri Confraternitatum, & piorum locorum, & legatorum quolibet anno in fine reddere debeant ra-

tionem

tionem sui officij, non tantùm coram Deputatis ab ipsis Confraternitatibus; sed etiam coram duobus ex Dominis Canonicis, per Nos ad huiusmodi opus destinatis in hac nostra Synodo. Qui visis partitis introitus, & exitus cum legitimis iustificationibus (pręuia Nobiscum participatione) proferant sententiam absoluendo, vel condemnando, prout iuris esse censebunt: cuius sententiæ exequutionem Nos ex nunç pro tunc concedimus omni meliori modo, appellatione non obstante quoad effectum suspensiuum.

8 Et ne redditio rationis huiusmodi negligatur anno quolibet; obligamus eosdem Priores, Depositarios,& Ministros vt supra ad exhibendum finito anno, & respectiuè eorum officio computa coram dictis DD. Canonicis, ac Deputatis, & interim desistendum a suis officijs sub pœna priuationis ab eis in perpetuum, cassationis a numero Confratrum, ac excommunicationis ipso facto incurrendę, Nobis, & Successoribus nostris reseruatę, quoties finito anno, seu eorum officio non reddita prius ratione, vt supra in dictis officijs continuauerint sinè nostra expressa licentia, solùm ex vrgentissima causa concedenda in scriptis.

9 Iubemus insuper, quod pecuniæ prouenientes ex capitalibus censuum, seu aliorum bonorum, necnon fructus bonorum, & censuum subiacentium oneri solutionis subsidij dotalis puellarum, vel satis-

factionis Missarum, seu cuiuscumque alterius pij operis per Benefactores demandati, nullatenus per Ministros dictarum confraternitatum, & piorum locorum in alium vsum, quantumuis vtiliorem, etiam ad minimum tempus diuertantur: sed penes Depositarium remaneant ad effectum inuestiendi, & respectiuè pro adimplemento piarum voluntatum, sub pœna Prioribus mandantibus, & Depositarijs exequentibus in contrarium de reinuestiendo, & respectiuè legata satisfaciendo de proprio, & in solidùm vsque ad quantitatem pecuniæ in alios vsus distractam, ac sinè spe consequendi reintegrationem a confraternitatibus, seu locis pijs præfatis.

10 Extraordinarias expensas immoderatas resecaturi, & præcipuè quoad intorstitia ceræ, quæ occasione quarumdam Processionum adeo numerosa Confratribus distribuuntur, prohibemus in posterùm dictas expensas vlla in quantitate fieri, nisi priùs per Nos recognoscantur, & admittantur cum licentia in scriptis: aliàs ipsi Priores, & Ministri eas facientes teneantur de proprio. Depositarius autem absque dicta nostra licentia mandata non persoluat sub eadem pœna, cuius exequutionem DD. Canonicis reuisoribus commendamus.

11 In conscribendis dato vel accepto, partitè, & distinctè in libris fiat per Administratores: & diẽ, mensem, & annum vnà cum causa eiusdem dati, vel recepti apponant. Quòd si secus fecerint; nullam

haberi volumus rationem illius partitæ, seu scripturæ quoad commodum tantùm ipsorum Administratorum descriptæ.

12 Decretum in Synodo Eminentiss. Cybo editum, vt nimirùm nemini liceat pluribus in Confraternitatibus adscriptum esse, ad præsens declarantes decernimus, Si quis in pluribus sit adhuc adscriptus, infra mensem eligere debere, quam maluerit: aliàs in prima tantùm cooptatus intelligatur, nisi aliud a Nobis iustis de causis decernatur.

13 Missæ, cæteraquè Diuina officia in Ecclesijs, seu Oratorijs Confraternitatum ita celebrentur; vt Parochialium Ecclesiarum sacrificia, horæ, preces, & conciones non impediantur: præsertim verò caueant, ne Doctrinæ tradendæ christianæ aliquod impedimentum afferant.

14 In Ecclesijs Confraternitatum nulla etiam Confratrum cadauera sepeliantur; nisi id eis licere vel ex priuilegio, vel legitima consuetudine ostendatur: & nihilominùs tunc ius faciendi officium, seu funus ad Parochum, sub cuius Parochia ille est, qui defertur ibi sepeliendus, non autem ad Capellanos eorum spectet. Sicut etiam Sanctissimæ Eucharistiæ expositionem, & Parochiales functiones omnes in Ecclesijs, aut Oratorijs Confraternitatum faciendas de nostra licentia ad ipsum Parochum pertinere decernimus.

15 Confratres annum decimum octauum ætatis com-

completum non habentes ad officia non admittantur; & in congregationibus non habeant votum. Quòd si in eisdem congregationibus agatur de aliquali interesse cuiusquam Confratris; recedat non tantùm interesse habens, verùm etiam eius Pater, Fratres, & carnales Patrui, nec votationi quisquam ex istis Personis interueniat sub pœna nullitatis cuiusuis resolutionis, ac alijs arbitrio nostro.

16 Capellani Confraternitatum, & aliorum Piorum locorum solitum stipendium recipiant, quod diminui nullatenus possit sine nostra expressa præcedente licentia, non nisi ex magna, & rationabili causa concedenda. Idem seruetur circa remotionem ipsorum: nolumus enim electos cum nostra approbatione remoueri ad libitum Confratrum sinè nostra scientia & consensu, prout etiam in præcedente Synodo Eminentiss. Card. Cybo innuitur.

17 Plures Confraternitates, & pia loca habent onera soluendi subsidia dotalia Puellarum pauperum honestarum ad effectum contrahendi matrimonia temporalia, seu spiritualia iuxta disposita per Benefactores, & respectiuè secundùm inueteratum stylum earumdem Confraternitatum. Ad hoc igitur, vt tam pium opus exequutioni perfectè demandetur, iubemus vt in electione, seu imbussulatione dictarum Puellarum ad subsidia dotalia habeatur semper respectus erga pauperiores, & periculo obnoxias, illisque quæ probabiliter poterunt citiùs Deo, vel mũ-

do nubere; ne occupetur inutiliter locus illarum, quę vel sint in maiori egestate, vel in grauiore periculo. Ad quem effectum non eligantur, nec imbussulentur, quæ non sint ætatis annorum quindecim, vel quę excedant annum trigesimum quintum: dummodò tamen hæ promptam nubendi occasionem non habeant.

18 Insuper declaramus, Puellas illas, quæ fuerint electæ, seu imbussulatæ, & extractæ, quatenus non nubant intra spatium annorum quinque computan. a die earum electionis, & extractionis; fore priuandas dictis subsidijs, & cedulas dotales eis consignatas fore abolendas: dummodò tamen dictę Puellæ non essent vocatę a Testatoribus nomine appellatiuo, vel collectiuo, veluti Familię talis, & similibus, &c. ita vt elapso dicto quinquennio, necnon assignato eisdem alio termino competente ad nubendum, & hoc etiam decurso ipsa nōdum nupta; possit, & debeat Confraternitas eligere aliam loco Puellæ innuptæ: sicut etiā quoties aliqua ex Puellis electis, & extractis decedat innupta siue antea, siue post dictum quinquenniū, eligatur altera in locum defunctæ. In quorum executionem mandamus, in posterum in Cedulis dotalibus apponi conditionem, quòd Puella nubat intra quinquennium a die datæ ipsius cedulæ & electionis, seu extractionis sub pœna caducitatis, amissionis iurium dotis subsidialis post lapsum dicti quinquennij, & assignatum terminum vt supra, & cum

facul-

facultate Cōfraternitatibus, & eis, ad quos spectat, eligendi aliam in locum ipsius: & hanc nostram dispositionem locum habere volumus in futurum in quocumque casu, vbi Testatores, & Benefactores aliter non expresserint.

19 Eleemosinæ quotidianæ erogari solitæ a Fidelibus pro celebratione Missarum in Ecclesijs, & alijs Pijs locis; vt plenariè voluntas largientium adimpleatur, & adimpleta semper appareat, decet, vt omnes perueniant ad manus Sacristę Sacerdotis: qui statim habitas, & receptas in pręsentia vnius ex Prioribus pro tempore, seu alterius per Nos deputandi, eas describat in libro ad partes destinando, & eodem instanti cum eadem præsentia eas ponat in capsula solita eleemosynarum; & postea in eodem libro ad partes annotetur satisfactio per Sacerdotes celebrantes Missas ibi descriptas: & ideo sic exequi mandamus, inhibentes quibuscumq; Officialibus, & Confratribus, & etiam Capellanis cuiusuis Confraternitatis, ne audeant recipere dictas eleemosinas etiam a sponte Offerentibus: sed huiusmodi Benefactores, & pias Personas remittant ad dictum SacristamSacerdotem, qui teneatur exequi, vt supra sub pœna Sacristę, Officialibus, Confratribus, & Capellanis contra pręfata operantibus priuationis ab eorum officijs, nec non suspensionis Ecclesiasticis, & sub pœna excommunicationis Secularibus, ipso facto incurrendę ac Nobis reseruatę, pręter pœnas restitutionis, & fraudis a iure stabilitas.

20 Ex-

20 Extant quoquè erectę laudabiliter quędã Societates dictę *del cento* pro suffragandis animabus cuiusuis Consocij morientis in eis adscripti, quarum quęque Societas habet suum Depositarium, seu Depositariam, quæ ad eorum libitum tempore mortis Confratrîs, seu Consororis distribuunt eleemosynas pro Missis, nullo habito respectu ad Sacerdotes magis in seruitijs ecclesię laborantes, &(quod peius est)cum magna confusione, ita vt satisfactio totalis obligationis vix apparere possit. Igitur pręsenti Decreto pręcipimus Depositarijs quibuscumque, ne audeant in posterum distribuere pecunias dictarum Societatum, nisi priùs Nobis, vel Vicario Nostro notificata morte Confratris, vel Consororis, & recepta a Nobis in scriptis notula distributionis faciendę, sub pœna reiterandę solutionis de proprio, & priuationis officij.

21 Iniungentes eisdem Depositarijs onus demõstrandi quolibet anno satisfactionem debitam Missarum iuxta numerum Confratrum, & Sororum, qui eo anno decesserint, ad formam distributionis vt supra faciendæ: quorum reuisionem computorum, & solidationem Domino Canonico Deputato super pijs legatis committimus.

De

De Funeribus, & Exequijs. Titulus XL.

1 EDictum Eminentissimi Card. Cybo de ratione campanas pulsandi editum, in funeribus etiam omnino seruari mandamus sub pœnis arbitrio nostro infligendis.

2 Quod in Synodo dicta Eminentissimi sancitum est, id explicatiùs nunc vetantes; statuimus, ne scilicet Clerici, vel Laici quicumque sint, etiam si curam aliquam in funeribus ponant; vestes vel indumenta Cadaueri adhibita (nisi ab Hæredibus sponte offerentibus) accipiant: sed omnia ijs, quorum interest, statim restituant sub dupli pœna, ac secreti carceris per sex menses irremissibiliter infligenda.

3 Ne m serabilium autem Personarum cadauera sepelienda ob paupertatem retardentur; pietatem Sacrorum Canonũm imitantes mandamus, vt Rectores Ecclesiarum, ad quos spectat, de Pauperis obitu certiores facti, gratis, & ex Dei præcipuo quidem amore post statam horam sepelienda confestim curent, ne cum alicuius scandalo huiusmodi sepultura vlteriùs differatur, sub grauioribus infligendis pœnis: ipsis tamen Rectoribus deinde ius agendi reseruamus, si quid funeris nomine sibi deberi censuerint.

4 Non

4 Non leues ortę sunt dissensiones in Clero de tempore exequiarum, & funerum, quorum occasione nonnulli, immo multi prętendunt duplicatam quãtitatem eleemosynę conferri consuetę in pecunia, & candelis. Quod cùm tendat ad contentiones suscitandas, & ad grauamen Gregis nobis commissi, habito etiam respectu ad vlteriores nostrorum temporum calamitates; Decreuimus, prout præsenti Decreto mandamus, nulli in futurum esse persoluendam, nec tradendam duplicatam quantitatem præfatam, *detta la Doppia*; præterquàm Parocho, seu Curato multùm circa Ægrotum laboranti, atque Sacristę Sacerdoti tantummodò, quacumque dispositione, vel consuetudine contraria non obstante. Abusum insuper quidquam prætendendi ex causa depositi cadaueris a Parochis, Sacristis, & alijs quibuscumque remouentes, mandamus, ipsos contentos esse debere de sola eleemosyna funerali, cùm depositam partem funeris censeamus, quando fit in eadem Ecclesia, vbi Cadauer est sepeliendum: & ita in posterum seruari iubemus.

5 Sedaturi etiam alias contentiones Cleri, quæ oriuntur, dum ad Processionem funerariam quidam Presbyteri ferè semper accedunt, alij verò numquam vocantur (licèt operam diligentiorem Ecclesię pręstent) & cognito id ex opera Sacristarum Secularium Confraternitatum huius Ciuitatis prouenire, qui gratificantes beneuolos, digniores excludunt; Ideo Sacri-

criſtis ſecularibus quibuſcumque inhibemus, ne audeant ſeſe ingerere in vocatione vllius Sacerdotis ad funerarias proceſſiones, immo nec ab Hæredibus requirere, quos intendant vocari, ſub pœna priuationis officij, & ſcutorum trium pijs Locis applican. Sed ſpectet huiuſmodi requiſitio, & vocatio ad Parochum Defuncti, qui ſinè ſubornatione voluntatem hæredum recipiet, implebit; & quatenus ad ipſius arbitrium electio remittatur; ea, quæ decent, in vocando exercere non ignorabit.

6 Decreta Eminentiſs. Card. Cybo quoad Regulares in priori ſua Synodo hoc eodem Titulo edita, & per ipſoſmet Regulares acriter impugnata; at ea impugnatione minimè obſtante per Sacram Congregationem Sacrorum Rituum ſpeciali Decreto *inferius inſerendo* confirmata, diſtrictè obſeruari præcipimus: aliàs omnibus iuris remedijs, ac etiam ſub cenſuris contra ipſos procedetur.

7 Certus, propriuſquè locus prope Eccleſiam deputetur, vbi non baptizatorum infantium cadauera tumulentur.

8 Quia Cœmeteria verè loca ſunt religioſa; idcircò ſtrictè mandamus, vt diligenter, ac honorificè cuſtodiantur, & circumquaque muro ſępiantur, oſtiumquè ita clauſum, tutumquè ſit, ne vllo modo beſtijs pateat aditus. Crux ibi conſpicua videatur, & a quibuſcumque ſordibus, vepribus, & arbuſculis

expurgentur; vt nihil in eis cerni possit, quòd religionem loci dedeceat.

De Questoribus. Tit. XLI.

1 QVoniam non rarò ex eleemosynarum quæstu, ac indebita capsularum appositione Egentibus vel è pauperrimis necessaria subsidia indebitè subtrahuntur ab ijs, qui vel nullam patiuntur indigentiam, vel habere possunt aliundè, vt sibi, rebusquè suis opportunè consulant; præsenti Decreto strictiùs præcipimus, vt nullus audeat pro Ecclesijs, Oratorijs, Hospitalibus, Confraternitatibus, etiam in Regularium Ecclesijs erectis, vel pro quouis alio loco, vel persona priuata eleemosynas quæritare, vel capsulas exponere sinè licentia nostra scripto concessa: quæ tamen non nisi Hospitalibus, & locis actu hospitalitatem exercentibus, vel pro reparatione propriæ Ecclesiæ concedatur. In casu autem huiusmodi eleemosynarum licentiæ, duabus clauibus diuersis erunt munitæ capsulæ, retinendis vna per Ecclesiæ Rectorem; & per Priorem seu Administratorem altera. Quæ omnia seruari omnino debebunt sub pœnis amissionis eleemosynarum, & diri carceris, arbitrio nostro infligendis.

2 Regulares exteri, & extra Ciuitatis, vel Diœcesis Conuentus degentes, quibus ex Sacræ Congregationis declarationibus nullum competit ius eleemo-

mosynas colligendi; illas absque nostra scripto concessa facultate ne quæritent sub pœna Nobis arbitraria, vltra earumdem eleemosynarum omnino amissionem.

3 Mulieres, cuiuscumque status existant, eleemosynas per Ciuitatem, & Diœcesim pro quibusuis locis Pijs, seu personis etiam exemptis vllo modo quæritare non audeant, cùm id mulierum pudori, & honestati minùs sit consentaneum: exceptis tamen illis casibus, quibus iustis de causis Nobis, vel Vicario nostro Generali id indulgendum esse videbitur.

De Iudæis, & Cathecumenis. Titulus XLII.

1 SI quando (annuente Deo) Hebræorum aliquem signum conuersionis dare contigerit; ab alia quacumque Hebræorum consuetudine statim separetur, & ad domum aliquam ad hoc paratam adducatur: ibidem verò ea omnia, quæ ad christianam Fidem necessaria omnino sunt, diligenti studio edoceatur; nec vnquam (nisi priùs rectè instructus, & examinatus) aliquis ex ipsis baptizetur. Vbi verò Baptismo fuerit initiatus; alicuius probi Viri curæ, per Nos deligendi, saltem ad annum cōmendetur, qui vitam illius christianis regat præceptis, & moderetur; caueatquè vigilanti admodùm ratione, ne cum

ipſis Iudęis (vt ſupra monuimus) vllam ampliùs exercere poſſit conſuetudinem.

2 Quo in negotio, qui a Nobis pro illo fuerit deputatus, præ cæteris animaduertet, vt Miſſæ ſacrificium quotidie audiat. Singulis verò diebus mane, & veſperi certo breui temporis ſpatio deuotè oret. Sacris concionibus, & veſperis præſertim feſtis diebus interſit. Decimoquinto quoquè die peccata confiteatur, & ſacram ſumat Communionem: caueatq; ne vlla in re Moſaicæ legis ritus retineat, aut quoquo modo ſectetur, ſicuti per Pauli Tertij prohibetur Conſtitutionem.

3 Quò ad pernoctationem Hebræorum in noſtra Ciuitate ac Diœceſi cauſa itineris pertranſeuntium, & quò ad tempora nundinarum, ea ſeruentur, quæ ſapientiſſimè ſimul, ac ſanctiſſimè INNOCENTIVS XI. ordinauit, & iuſſit.

De Examinatoribus Synodalibus. Tit. XLIII.

1 CVm Animarum ſaluti, per idoneos, dignoſq; Parochos eas gubernari, admodùm expediat, ac propterea Sacroſanctum Tridētinum Concilium, vt Epiſcopi in Diœceſana Synodo Examinatores, qui ad Parochos (dum eligendi ſunt) examinandos Epiſcopum adiuuent, opportunè conſtituerit,

rit; Nos Decretum huiusmodi exequi cupientes ad Examinatoris officium proponimus, eligimus, & deputamus Reuerendiss. D. Vicarium Generalem nostrum pro tempore.

Adm. R. D. Franciscum Benignum I. V. D. Prothonotarium Apostolicum, Ecclesię Cathedralis Priorem.

Adm. R. D. Philippum Baldassinum I. V. D. Canonicum.

Adm. R. D. Adrianum Colotium I. V. D. Canonicum Pœnitentiarium.

Adm. R. D. Lodouicum Colotium I. V. D. Canonicum.

Adm. R. D. Angelum de Ripantibus I. V. D. Canonicum Theologum.

R. D. Franciscum Florium I. V. D. Plebanum Castri Podij S. Marcelli.

R. D. Iosephum Angeluccium I. V. D. Plebanum Castri Musiani.

R. D. Franciscum Brauio I. V. D.

R. P. Angelũ Tundũ Præpositum Congregationis Oratorij S. Philippi Nerij.

R. P. Petrum Simonem Meliorati Ordinis Carmelitarum Sacrę Theologię Professorem.

R. P. Theologum nostrum pro tempore Ordinis Prędicatorum.

R. P. primum Lectorem pro tempore Sacrę Theologię Conuentus Sancti Francisci Ordinis Strictioris Obseruantię. De

De Iudicibus Synodalibus. Tit. XLIV.

1 PRopter aliud pariter eiusdem Tridentini Decretum, quo tenemur in hac Synodo aliquos Iudices deputare, & opportunè deligere, quibus Apostolicę Sedis causę delegantur; eidem inhęrentes in synodales Iudices huiusmodi deputamus, eligimusquè

Adm. R. D. Franciscum Benignum I. V. D. Prothonotarium Apostolicum, Ecclesię Cathedralis Priorem.

Adm. R. D. Angelum de Ripantibus I. V. D. Canonicum Theologum.

R. D. Abbatem Iulium Pellegrinum I. V. D.

R. D. Ioannem Christophorū Georginum I. V. D.

De Testibus Synodalibus. Titulus XLV.

1 VEtus etiam est consuetudo a Sacro Lateranensi Concilio sub Innocentio III. indicta, vt Diœcesanis in Synodis aliquot Ecclesiastici vita, ætate, moribusquè conspicui, & spiritualis vitæ peramantes deligantur, qui Testes Synodales dicuntur,

vt diligenter, an aliquid in Ciuitate, vel Diœcesi corrigendum, emendandumue sit, animaduertant, cognitumquè ad Nos, vel ad nostrum Generalem Vicarium fideliter referant: vt hoc modo scientes Nosmet spirituales ægritudines, easdem curare faciliùs valeamus.

2 Igitur eidem Pontificio Decreto obtemperantes ad officium prędictum eos proponimus, eligimusquè, & deputamus, quos in schedula annotauimus, & quorum nomina minimè diuulganda esse censuimus, vt maiori longè quidem libertate, ac diligentia huic muneri satisfacere possint.

R. D. N.
R. D. N.
R. D. N.
R. D. N.

De Synodalium Decretorum obseruantia. Tit. XLVI.

1 OMnia, & singula, quæ à Nobis in pręsenti Synodo acta, decreta, & constituta sunt, ab omnibus inuiolabiliter obseruari mandamus, & districtè sancimus sinè pręiudicio aliorum decretorũ Eminentissimi Card. Cybo in pręcedenti Synodo emanatorum, quę etiam respectiuè obseruari iubemus in his quę his non aduersantur. Vt verò nemini

igno-

ignorantię prętextu ſeſe excuſare liceat; omnibus,& ſingulis Dignitatibus, Canonicis, Parochis, Sacerdotibus, & Clericis Ciuitatis, & Diœceſis noſtræ pręcipimus, vt infra vnius menſis ſpatium, poſtquàm noſtra hęc Decreta,& Cõſtitutiones impreſſę fuerint, *eadem ſibi emant*, & frequenter reuoluant, & legant. Qui ſi elapſo eo termino penes ſe ea non habuerint; *vnius ſcuti aurei pœna mulctabuntur*, *& nihilominus ad parendum huic decreto alijs pœnis compellentur*.

2 Ad remouendas dubitationes, quæ ſuper ijſdem Conſtitutionibus exoriri poſſent, declaramus ea, quę ſub pœnis certis pręcepta non ſunt, arbitrio noſtro, & Nobis abſentibus Vicarij noſtri Generalis pœnas eſſe decernendas. Item mulctas, cęteraſquè pœnas pecuniarias certę perſonę, vel certo loco non applicatas, Pijs locis pijſquè vſibus aſſignatas cenſeri. Vbicumque verò in pręſenti Synodo facultas, ſeu licentia, aut pœnę Nobis reſeruantur, eędem Generali noſtro Vicario reſeruatę intelligantur; niſi dictum ſit *Nobis ſolis*.

3 Quas prorſus Conſtitutiones, & Decreta in hac noſtra Synodo ſancita eatenus vires obtinere volumus; quatenus ſacris Canonibus, Apoſtolicis Cõſtitutionibus, & Sacro Concilio Tridentino non cõtradicant: eaquè Auctoritati, & Cenſurę Sanctę Romanę Eccleſię cęterarum omnium Eccleſiarum Matri, & Magiſtrę corrigenda obſequentiſſimo animo ſubijcimus. Datum Æſij....

Rogi-

ROGITVS TOTIVS ACTIONIS SYNODALIS.

IN DEI NOMINE AMEN.

PRæscriptæ Constitutiones, & Synodalia Decreta præcedenter in priuatis Congregationibus a Viris doctrina, prudentia, ac pietate præstantibus sedulò discussa, præsidente Illustriss. & Reuerendiss. D. Petro Matthæo Petruccio Episcopo Æsino coram vniuerso Ciuitatis, & Diœcesis Æsinæ Clero in Cathedrali Eccles. S. Septimij seruatis de more seruandis legitimè congregato per Admodum Illustrem, & Reuerendum Dominum Canonicum Ludouicum Colotium Iuris vtriusque Doctorem, & præsentis Synodi Secretarium alta, & intelligibili voce lecta fuerunt, & nemine discrepante approbata, atque publicata Anno a Sanctissima Natiuitate D. N. I. Christi millesimo sexcentesimo octogesimo tertio, Indictione sexta, diebus vero vigesima sexta, vigesima septima, & vigesima octaua Aprilis, Pontificatus D. in Christo Patris, & Domini Nostri Innocentij diuina prouidentia Papæ Vndecimi, Anno eius septimo, multis ibidem præsentibus, & audientibus, & signanter

RR. DD. Nicolao Brascolino Curato; & Bernardino Matosso testibus ad praemissa habitis specialiter vocatis atque rogatis.

Ita est Thomas Matossus a Ripa Transona Apostolica auctoritate Notarius Cancellarius Episcopalis, ac Notarius Synodi rogatus.



APPEN-

APPENDICE PRIMA DEL SINODO, DI DIVERSI EDITTI, ET ORDINI.

Editto del Sant'Offitio.

1 DEsiderando, come ricerca la carica di questo Sant' Vfficio a Noi imposta, che la Sacrosanta Fede Cattolica, senza la quale è impossibile piacere a Dio, da ogni heretical contagio pura, & immaculata si conserui; Con Autorità Apostolica a Noi concessa, in virtù di Santa Vbbidienza, e sotto pena di scommunica di lata sentenza, oltre l'altre pene da'Sacri Canoni, Decreti, Costitutioni, e Bolle de' Sommi Pontefici imposte; Commandiamo a tutti, e ciascheduna Persona alla nostra Giurisdittione sogget-

ta, sia di qualunque stato, grado, e conditione, Ecclesiastica, e Secolare, che frà dodici giorni prossimi (li primi quattro de' quali assegnamo per il primo, gli altri quattro immediati per il secondo, e gli altri quattro per il terzo, vltimo, e perentorio termine) debbano giuridicamente hauer denuntiato, riuelato, e notificato al S. Vfficio di questa Città, ò altri Vicarij nostri, ò agli Ordinarij de luoghi, tutti, e ciascheduno di quelli, de' quali sappiano, habbiano hauuto, ò haueranno notitia,

2 Che siano Heretici, ò sospetti, ò diffimati d'heresia, ò credenti, ò fautori, ò ricettatori, ò difensori loro, ò habbiano aderito, ò aderiscano a' riti de' Giudei, ò de Maomettani, ò de' Saracini, ò de' Gentili, ò habbiano apostatato dalla Santa Fede Christiana riceuuta nel Santissimo Battesimo, ò in qualunque modo espressamente, ò tacitamente habbiano inuocato, ò inuochino il Demonio, ò gli habbiano prestato, ò prestino honore, ò habbiano hauuto parte, ò si siano ingeriti, ò s'ingeriscano in qualsisia sperimento di magia, ò negromantia, in incantesimi, ò altre superstitiose azzioni, e massime con abuso di cose sacre.

3 Che con sacrilego ardire, non essendo Sacerdoti si habbiano vsurpato, ò si vsurpino celebrar Messe, ò habbiano hauuto presunzione, ò presuma-

no ministrare il Sacramento della Penitenza a'Fedeli di Christo,

4 Che habbiano abusato, ò abusino il Sacramento della Penitenza, sollecitando li Penitenti, contra i Decreti, e le Costitutioni Apostoliche, specialmente della fel. mem. di Gregorio XV,

5 Che habbiano celebrato, ò celebrino occulte conuenticole in materia di Religione,

6 Che contra Dio, ò li Santi suoi, e specialmente contra la Santissima Vergine MARIA habbiano proferito, ò proferiscano bestemmie hereticali,

7 Che habbiano impedito, ò impediscano per sè, ò per altri, in qualsiuoglia modo l'Vfficio della Santa Inquisitione, ò vero gli Vfficiali di essa, nell'eseguire alcun'atto, ò sia cattura, ò processo, ò sentenza pertinente a quello; ò habbiano offeso, ò offendano, ò minaccino di offendere nella robba, nella persona, ò nell'honore alcun testimonio, ò denuntiatore, ò ministro di esso, ò che consiglino, ò habbiano consigliato, ò esortato alcuna persona a tacere, ò non confessare, ò a nascondere in qualsiuoglia modo la verità in questo S. Tribunale,

8 Che habbiano hauuto, ò habbiano Libri, ò Scritti continenti Heresie, ò Libri d'Heretici, che trattino di Religione, senza autorità della

Santa Sede Apostolica, ò che gli habbiano letti, ò tenuti, ò stampati, ò fatti stampare, ò difesi, ò leggano, tengano, stampino, facciano stampare, ò difendano sotto qualsivoglia pretesto, ò colore Libri di Negromantia, ò Magia, o continenti sortilegij, incanti, e simili superstitioni, massime con abuso delle cose Sacre.

9 Dichiarando, che per la sopradetta espressione de' Casi da Noi specificati da riuelarsi come sopra, non escludiamo gli altri Casi spettanti al Sant' Vfficio, che per altro ne' Sacri Canoni, Decreti, Costitutioni, e Bolle de Sommi Pontefici sono compresi.

10 Auuertendo inoltre, che a questi nostri Precetti non sodisfaranno, nè s'intendano sodisfare quelli, che con bollettini, ò lettere senza nomi, e cognomi de gli Autori, ò in altra maniera incerti (de' quali nessun conto si tiene in questo Sant'Vfficio) pretendessero riuelare i Delinquenti.

11 Facendo parimente sapere a ciascheduno, che dalla detta scommunica, e pene, nelle quali incorreranno dopo il termine prefisso i disubbidienti, non potrà alcuno essere assoluto, se non da Noi, ò dal Supremo Tribunale del Sant'Vfficio di Roma; nè sarà assoluto, se prima giuridicamente riuelando i detti Heretici, e come di sopra sospetti d'heresia, non hauerà all'obligo suo sodisfatto.

OR-

ORDINI PARTICOLARI.

1 Volendo in oltre per quanto sia dalla parte nostra, che le Città, e Luoghi di questa Nostra Giurisdittione si conseruino in quella purità di Fede, nella quale per gratia di Nostro Signore al presente si ritrouano, inherendo al sudetto Decreto, & ad altri ordini della Sacra Congregatione, Ordiniamo,

2 Che nessun Corriero, Barcaruolo, Mulattiero, ò altro Viandante, sia di che stato, ò conditione si voglia, à disca portar Libri dentro, ò fuori della Città, ò altri Luoghi a Noi soggetti (etiandio per semplice passaggio) senza la Lista di detti Libri sottoscritta dall'Inquisitore, ò da chi si spetta, sotto pena di scudi 50 d'oro, della perdita de'Libri, e d'altre pene arbitrarie.

3 E sotto le stesse pene commandiamo a Datieri, Gabellieri, e Portinari, che non lascino senza le liste predette segnate come sopra introdurre, nè estraer libri di qualsiuoglia sorte. Anzi quando senza le predette liste segnate ne capitino a luoghi degli Vffitij loro; gli trattengano, e ne diano subito parte a questo Santo Tribunale.

4 A Librari, Mercanti, & altri chi che sia, ordiniamo sotto le stesse pene, che non riceuano Libri portati, ò introdotti in qualsiuoglia modo in que-

sta

sta nostra Giurisdittione, nè aprano Casse, Balle, ò Fagotti, oue siano Libri, senza la nostra licenza, ò de' nostri Vicarij, nè meno gli mandino altroue senza hauer prima fedelmente presentato a questo Sant' Vfficio la lista di essi. Nè douranno i Librari, in luogo alcuno della nostra Giurisdittione vendere Libri comprati da gli Hebrei senza nostra particolar licenza.

5 Ordiniamo parimente a Stampatori sotto le pene sudette, che non stampino cosa alcuna, nè Historie, nè Lunarij, nè Figure, nè altre simili carte (eccettuati però gli Editti Episcopali, e quelli ancora del Prencipe, come Patenti d' Vfficiali, Licenze d' Arme, & altre simili, che non sono nè contrarie alle regole dell'Indice, nè pregiuditiali a questo Sant' Vfficio) senza la nostra licenza, e consueta approuatione: & approuate, che saranno, & impresse, non si diuolghino in modo alcuno senz'hauer prima ottenuto da Noi il *Publicetur*.

6 A Ciarlatani, Saltimbanchi, Bagattellieri, & altre simili sorte di Vagabondi, sotto le pene sudette commandiamo, che non ardiscano introdurre in questa Città, nè in altro luogo di nostra Giurisdittione libri di Fauole, Canzoni, Nouelle, Imagini, Segreti, e simili altre Carte, e molto meno facendo l'Vfficio di Predicatore ardiscano raccōtar miracoli, senza nostra particolar licenza, ò de' nostri Vicarij,

7 E

7 E perche molto ci preme, che le cause spettanti al Sant' Vfficio, siano trattate con quella purità, e santità, ch' è propria di questo Santo Tribunale; In virtù di Spirito Santo, sotto le pene, e censure contra li fautori, e difensori de gli Heretici, e contra quelli, che impediscono il Sant' Vfficio, da' Sacri Canoni, & altre Costitutioni Apostoliche fulminate, commandiamo, che nessuno sotto qualsiuoglia pretesto, ò colore senza nostra special licenza, ò de' nostri Vicarij ardisca ragionare con chi che sia de' Carcerati nel nostro Tribunale, nè dagli vsci delle Carceri, quantunque chiusi, nè dalle finestre, che corrispondono in luogo, oue con essi ragionar si possa; nè meno mandare dentro le Carceri lettere, biglietti, scritture, nè meno armi, ferri, corde, ò altra sorte di strumenti, che aiutar possano i detti Carcerati alla fuga: e siano certissimi i Trasgressori, che oltre il giuditio tremendo di Dio, che in tal caso fuggir non potrebboro; saranno da Noi con pene rigorosissime gastigati.

8 Anzi douendo sempre il giuditio nostro procedere dal volto di Dio, *li cui occhi* (come disse il Santo Profeta) *sempre rimirano l'equità*; e douendo spedir le Cause secondo il merito di esse, e non altrimente; prohibiamo espressamente a chi si sia, porgere per sè, ò per mezo d'altri ap-

presso

presso di Noi ò de' nostri Signori Consultori, ò altri Vfficiali del Sant' Vfficio suppliche, ò raccommandationi a fauore de' Rei di questo Santo Tribunale, duranti le cause loro insino alla definitiua sentenza.

9 Et acciothe il presente Editto con gli Ordini tanto generali, quanto particolari passi a notitia di tutti, e niuno sia chi si sia pretender ne possa in tempo alcuno ignoranza; Ordiniamo a tutti li RR. Signori Arcipreti, Curati, e Rettori delle Chiese della nostra Giurisdittione, & a' loro Vicegerenti, che la prima Festa dopo la riceuuta di questo, debbano publicarlo, e leggerlo, ò farlo publicare, e leggere per *extensum* a' loro Popoli nelle Chiese loro in tempo di maggior concorso. E publicato, e letto, che l' haueranno, farlo affiggere alla Porta principale delle medesime Chiese, ò in altro luogo patente, oue da tutti possa esser letto. Indi poi farlo rileggere almeno due volte l' Anno, cioè in vna delle Domeniche dell' Auuento, & in vna di quelle di Quaresima, portando poi, ò mandando la settimana dopo Natale, e dopo l'ottaua di Pasqua a Noi, ò a' nostri Vicarij, respettiuamente la fede da essi, e da due Testimonij sottoscritta di hauer ciò nell'vno, e nell'altro tempo essequita.

10 Incaricando parimente a tutti li RR. Signori

Ab-

Abbati, Priori, Guardiani, Prepositi, Presidenti de' Conuenti, e Congregationi de' Regolari l'intimarlo, e notificarlo à tutt' i loro Sudditi. E delle due copie, quali mandaremo a ciascheduno de' sudetti debbano attaccarne vna alla Porta della loro Chiesa in modo, che non possa, se non con violenza esser rimossa, e l'altra nella Sagrestia de' loro Monasteri.

11 E per rimedio della memoria commandiamo a Stampatori, e Librari, a Gabellieri, a Dazieri, a Portinari, ad Hosti, Locandieri, e Tauernari, che tengano sempre affissa vna copia nelle loro Stamperie, Librarie, e Dogane, Hosterie, Locande, e Tauerne, in luogo parente oue da tutti sij veduto, e letto, sotto pena di scudi 10. d'oro in caso di trasgressione. E così diciamo, ordiniamo, e respettiuamente commandiamo.

ESORTAZIONE.

1 E Perche la sola gloria di Dio, l'esaltatione della S. Fede, e la salute dell'anime è l'vnico oggetto di questo Sant'Vfficio; esortiamo ogni, e qualunque Persona di qualsiuoglia stato, e conditione si sia, a deporre confidentemente senza timore alcuno appresso di Noi, e de' Vicarij nostri, ò degli Ordinarij de' luoghi tutti coloro, che contra i sudetti ordini, ò qualcheduno di essi, sapessero hauer deli-

quito; certissimi, che oltre il premio spirituale, e tẽporale, che per sì grato seruitio sono per riceuerne da Dio; saranno sempre tenuti da Noi segretissimi, e difesi nelle occorrenze giusta il tenore della Bolla *Si de protegendis*, che in latino, & in volgare impressa di nuouo a tutti i Soggetti di nostra Giurisdittione intimiamo.

2 E quelli, i quali hauendo commesso qualche delitto spettante al Sant'Vfficio, spontanei, prima di essere da altri preuenuti, e deposti, verranno auãti di Noi, ò de' nostri Vicegerenti a confessare intieramente senza diminutione alcuna i loro errori; saranno da Noi con viscere di carità riceuuti, e con singolar misericordia (che è proprio di questo Santo Tribunale) senza spese, ò publiche penitenze spediti.

3 In fede di che sottoscritto il presente Editto di nostra propria mano gli habbiamo apposto il Sigillo di questo Sant' Vfficio. Dato nella Cancellaria della S. Inquisitione di Ancona questo dì &c.



EDITTO

EDITTO

Sopra il giocare vicino alle Chiese.

PIER MATTEO PETRVCCI

Per la Dio gratia, e della Santa Sede Apostolica.

VESCOVO DI IESI.

BEnche con altri Editti fatti da nostri Predecessori sia stato proueduto agli scandali, che recauano i giochi, il sonare, e cantare, & altri bagordi, che si fanno da certi poco timorati di Dio auanti, e vicino a' Monasteri delle Monache, e Conseruatorij di Vergini, ò Penitenti, & anco vicino ad altre Chiese, & Oratorij di questa Città; Hora con nostro dispiacere sentendosi ripullulare simili atti poco decenti all'honestà christiana, per debito del nostro carico pastorale col presente publico Editto ordiniamo a tutti, e singole Persone di qualsisia stato, grado, e conditione a Noi soggette, che non ardiscano in auuenire sotto qualsiuoglia pretesto fare, nè far fare giochi di qualsiuoglia sorte, balli, canti, mattinate, & altri simili ridotti, nè sparlare, nè dire altre parole contrarie alla Disciplina christiana auanti, ò vicino ai detti Monasterij, e Conseruatorij, e nè meno giocare a qualsiuoglia sorte di gioco vicino ad altre

Chiese, & Oratorij per spatio di dieci canne. Et in quãto ai balli in nessun'altro luogo in giorno di festa, conforme è ordinato nel Sinodo dell'Eminentissimo Cybo nostro Predecess. sotto pena in caso di contrauentione, oltre la Carcere, di scudi tre per ciascuno, e ciascuna volta, da applicarsi a luoghi Pij, & altre a nostro arbitrio. Alla qual pena si procederà irremissibilmente contra li Trasgressori anco per via d'Inquisitione con l'esame di due Testimonij degni di fede senza altr'ordine giudiciario. Et il presente, affisso che sarà ne'luoghi soliti, habbia forza, come se a ciascuno fosse stato personalmẽte intimato. Auuertendo di più, che questo Editto hà da valere anche per tutta la nostra Diocesi. In fede &c. Dat. in Iesi dal Palazzo Episcopale li 26. Giugno 1681.

PIER MATTEO VESCOVO DI IESI.

Tomaso Matossi Cancelliere.

EDITTO

Sopra la Celebratione delle Messe.

PIER MATTEO PETRVCCI

VESCOVO DI IESI.

1 HAuendo noi inteso con nostro gran dispiacere li molti disordini, & abusi introdotti nella

nella nostra Città di Iesi , e ne'luoghi della nostra Diocesi, tanto da'Cappellani, e da altri Sacerdoti, e Famiglie, c'hanno gli obblighi di celebrare, ò far celebrare Messe, ed annui offitij per l'Anime de'Benefattori Defonti, quanto da'Notarij, Cancellieri, ò Segretarij, e Fratelli delle Compagnie, ed altri Deputati agli affari de'luoghi Pij, non ostante gli ordini altre volte dati da nostri Antecessori, e da Noi; E volendo Noi per quanto ci sarà possibile toglier via li mentouati abusi, e disordini; habbiamo risoluto di publicar il presente Editto da osseruarsi inuiolabilmente da tutti sotto le infrascritte pene.

2 Primieramente commandiamo a tutti, e ciascheduno Sacerdote di qualsiuoglia grado, ò conditione si sia sotto pena del triplicarle, & in sussidio della sospensione, che non ardisca in auuenire d'anticipare, ò posticipare la celebratione delle Messe, senza legitima, e giusta causa da approuarsi da Noi, ma quelle ogniuno debba celebrare nelle settimane, ò giorni, e negli Altari precisi stabiliti dal Fondatore.

3 Parimente ordiniamo, che tutti, e singoli Cappellani, Officiatarij, Legatarij, & altri Sacerdoti della Città di qualsiuoglia grado, ò conditione si siano, debbano fare a spese delle Chiese, ò (quando queste fossero pouere) a proprie spese vn Libro di buon numero di Carte cartulato, e segnato col sigillo del nostro Deputato da tenersi in ciascheduna Sagri-

griſtia, ed in quello notare tutti gli oblighi delle Meſſe, & Offitij. E le famiglie, c'haueranno gli oblighi degli Offitij, e Meſſe, ſubito che gli hauranno ſodisfatti nel tempo debito, e non altrimente, li facciano ſimilmente notare dal Cappellano ne' mentouati libri, ſotto pena in caſo di contrauentione a' Cappellani, Offitiatarij, Legatarij, & altri Sacerdoti di ſcudi tre, & in ſuſſidio della ſoſpenſione, ed alle Famiglie oltre lo riſarcimetto degli officij, di ſcudi tre per ciaſcheduna mancanza.

4 Così anche ſotto l'isteſſe pene (reſpettiuamente però) vogliamo, & eſpreſſamente commandiamo, che tutti, e ſingoli Vicarij, ò Pieuani della noſtra Dioceſi facciano come ſopra vn Libro cartulato, e ſegnato col loro ſigillo, & in quello notino tutti gli oblighi delle Meſſe, ed Offitij, c'hanno le Chieſe, ò Famiglie del luogo, come ſopra, e quello ogni mattina eſpongano nella Sagriſtia della loro Chieſa, accioche tutt'i Sacerdoti, celebrato c'hauranno in ciaſcheduna delle loro Chieſe, notino anch'eſſi in quello d'hauer celebrato, e le Famiglie, ſodisfatti c'hauranno gli oblighi degli Offitij, ò Meſſe, li facciano parimente notare dal Vicario, ò Pieuano nel medeſimo libro commune. Il quale dourà puntualmente riuederſi da'Vicarii, ò Pieuani nel fine di ciaſcheduna ſettimana per poter meglio mandarſi il conto nel fine dell'Anno al noſtro Deputato in Ieſi, ò dell' adèpimento, ò della mancanza de'mentouati oblighi.

5 Di

5 Di più commandiamo (inherendo agli ordini de'nostri Antecessori) sotto pena della cassatione, e di scudi due per ciascheduno, che tutti li Fatelli, Priori, & altri Offitiali delle Compagnie, e Luoghi Pii debbano in ciascheduna vacanza, e prouisione da farsi del Cappellano, adunarsi legitimamente nel luogo solito, & iui eleggere in luogo del defonto, ò rinunciante, ouero absente, vn'altro Sacerdote, che da loro sarà giudicato più idoneo al peso della Cappella, con procurare subito da Noi la douuta approbatione.

peluibus & capsis, quę in Ecclesijs, & Oratorijs dictarum Confraternitatum, & Congregationum publicè ad hoc exponi consueuerunt, excipiendi potestas detur. Atque hoc ipsum Ordines, Religiones, instituta erigentia, instituentia, ac communicantia, seù Archiconfraternitates, & Congregationes aggregantes, tàm Almę Vrbis nostrę, quam aliarum Ciuitatum, & locorum quorumcumque iuxta modũ Vicario Vrbis, & ab Ordinarijs locorum respectiuè pręscribendum obseruare teneantur. Eleemosynas autem sic collectas in reparationem, & ornatum Ecclesiarum, tam Ordinum, Religionum, institutorum erigentium, instituentium, & communicantium, ac Archiconfraternitatum, & Congregationum aggregantium, quam Confraternitatum, & Congregationum erigendarum instituendarum, & aggregandarum, & quibus communicationes fient, aut in alios earum pios vsus, arbitrio eiusdem Vicarij nostri in Vrbe, necnon Ordinariorum locorum respectiuè, fideliter exponere, atque rogare procurent, vt omnes intelligant Cælestes Ecclesię thesauros, non quęstus, aut alicuius lucri causa, sed pietatis & charitatis excitandę gratia ex Apostolicę Sedis benignitate Christifidelibus aperiri.

§. 12. Quòd si Ministri aliqui, Superiores, vel Officiales, quocumque nomine nuncupati, Ordinum, Religionum, institutorum, seu Archiconfraternitatum, Congregationum, & Confraternitatum huiusmodi

modi quauis auctoritate, vel priuilegio, & officio fungantur, & prefulgeant, contra premissa in aliquo venire, vel facere presumpserint, erectiones, institutiones, & communicationes priuilegiorum, indulgentiarum, facultatum, spiritualiumquè gratiarum, & indultorum, aliorumquè premissorum concessiones, nec non aggregationes per ipsos faciendę, seu renouandę nullius sint roboris, & momenti, & quilibet eorumdem Ministrorum, Superiorum, Officialium, & aliorum prędictorum, priuationis officiorum, quę obtinet, ac inhabilitatis ad illa & alia imposterùm obtinenda, pœnam, quę ab alio, quàm a Nobis, vel a Romano Pontifice pro tempore existente, remitti non possit, incurrat eo ipso.

D E C R E T V M

S. Conc. Trid. De rebus Ecclesiæ non alienandis. Sess. 22. cap. 11. de Reform.

SI quem Clericorum, vel Laicorum, quacumque is dignitate, etiam Imperiali, aut Regali prefulgeat, in tantùm malorum omnium radix Cupiditas occupauerit, vt alicuius Ecclesię, seu cuiuscuis secularis, vel regularis Beneficij, Montium pietatis, aliorumquè Piorum locorum iurisdictiones, bona, census, ac iura etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quascumque obuen-


tio-

tiones, quæ in ministrorum, & pauperum necessitates conuerti debent, per se, vel per alios vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas Clericorum, aut laicorum, seu quacumque arte, aut quocumque quæsito colore, in proprios vsus conuertere, illosquè vsurpare præsumpserit, seu impedire, ne ab ijs, ad quos iure pertinent, percipiantur; is anathemati tamdiu subiaceat, quàmdiu iurisdictiones, bona, res, iura, fructus, & redditus, quos occupauerit, vel qui ad eum quomodocumque etiam ex donatione suppositæ personæ peruenerint; Ecclesiæ, eiusquè Administratori, siue Beneficiato integrè restituerit, ac deinde a Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. Quòd si eiusdem Ecclesiæ Patronus fuerit; etiam Iurepatronatus; vltra prædictas pœnas, eo ipso priuatus existat. Clericus verò, qui nefandæ fraudis, & vsurpationis huiusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eisdem pœnis subiaceat, nec non quibuscumque beneficijs priuatus sit, & ad quæcumque alia beneficia inhabilis efficiatur, & a suorum Ordinum executione, etiam post integram satisfactionem, & absolutionem sui Ordinarij arbitrio suspendatur.



Decretum S. Conc. Trident. de Decimis. Seſs. 25. cap. 12. de Reſorm.

NOn ſunt ferendi, qui varijs artibus decimas Eccleſijs obuenientes ſubtrahere moliuntur, aut qui ab alijs ſoluendas temerè occupant, & in rem ſuam vertunt; cùm decimarum ſolutio debita ſit Deo, & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas inuadunt. Præcipit igitur ſancta Synodus omnibus cuiuſcumque gradus, & conditionis ſint, ad quos decimarum ſolutio ſpectat, vt eas, ad quas de iure tenentur, impoſterum Cathedrali, aut quibuſcumque alijs Eccleſijs, vel Perſonis, quibus legitimè debentur, integrè perſoluant. Qui verò eas aut ſubtrahunt, aut impediunt, excommunicentur, nec ab hoc crimine, niſi plena reſtitutione ſecuta, abſoluantur. Hortatur dehinc omnes, & ſingulos pro chriſtiana charitate, debitoquè erga Paſtores ſuos munere, vt de bonis, ſibi a Deo collatis, Epiſcopis, & Parochis, qui tenuioribus pręſunt Eccleſijs, largè ſubuenire ad Dei laudem, atquę ad Paſtorum ſuorum, qui pro eis inuigilant, dignitatem tuendam, non grauentur.



Lette-

LETTERA DELLA S. CONGREGATIONE

De'Vescoui, e Regolari circa le Feste della seconda, e terza feria di Pasqua di Risurrettione nelle Chiese de' PP. Min. Osseru. Riform. e de' PP. Cappuccini.

Foris. *All'Eminentiss. e Reuerendiss. Sig. mio Osseruandiss.*

IL SIG. CARD. CYBO VESCOVO DI IESI.

Loco ✠ Sigilli.

Intus verò. Eminentiss. e Reuer. Sig. mio Osseruandiss.

ESsendo peruenuto a notitia della S.Congregatione l'abuso introdottosi da i Frati Osseruanti Riformati di S. Francesco, e dalli Cappuccini esistenti fuori di cotesta Città di somministrare ad Huomini, e Donne ogni sorte di robbe commestibili in occasione del concorso, che si fà dal Popolo ogni anno nella seconda Feria di Pasqua di Risurrettione alla Chiesa de' sudetti Riformati, e nel terzo giorno dell'istessa Festa a quella de i Padri Cappuccini, non senza graue scandalo, massime che tali operationi si fanno non solo nelle prenominate Chiese, ma etiandio sopra gli stessi Altari: e tutto che a questi Eminentissimi miei Signori sia noto, che dall' E. V. si sia col solito del suo sommo zelo pastorale proueduto, per quanto l'è stato permesso dalla sua ordinaria facoltà, a tale inconueniente; nondimeno volendo l'EE. loro, che si tolga

ga affatto l'abuso accennato, mi hanno comandato di significare a lei, che si compiaccia con l'autorità ancora della medesima S. Congregatione, di proibire, tanto alli sudetti Frati Riformati, quanto alli Cappuccini sotto quelle pene, che a V. E. parerà, anco delle Censure, il poter più nelli sudetti giorni di Pasqua somministrare in qualsiuoglia modo a chi si sia, commestibili di sorte alcuna, lasciandosi alla sua singolar prudenza, il prouedere, che così nell'auuenire si faccia inuiolabilmente osseruare da tutti i Guardiani pro tempore di quei Conuenti. Io però coll'eseguire i cenni dell'EE. loro, bacio a lei nell'istesso tempo humilmente le mani. Roma 30. Settembre 1667.

Di V. E.

Humiliss. & Affettionatiss. seru.
MARTIO CARD. GINETTI.
E. Vescouo di Camerino Segr.

Illustrissimo, e Reuerendissimo Signore.

E' *Giunta all'orecchie di N. Signore vn'osseruazione fatta in diuersi luoghi dello Stato Ecclesiastico, che le imagini Sacre dipinte, ò nelle mura di essi, ò nelle custodie delle Strade publiche, sono ridotte dal tempo, ò da qualche disastro a sì gran deformazione, che apparendo troppo manifesto il difetto di chi ne trascura il risarcimento, se ne scandalizza insieme con le Persone pie anche qualche infedele che nel viaggiare le vede. Volendo perciò Nostro Signore, che ci si prenda alcun rimedio; mi hà comandato di scriuer-*

ne circolarmente a chi questa materia appartenga: il che eseguendo Io con V. S. per quanto possa occorrere dentro a' confini della sua Diocesi; l'assicuro che S. Beatitudine si promette largamente del zelo, e della pietà di lei: e ch'ella saprà, ò per via di limosine, ò per altro conueneuol modo ridurre vn così giusto intento ad effetto: E le auguro dal Signor Iddio continue prosperità. Roma 11. Gennaro 1673.

Di V. S.

Come Fratello Affettionatiss.

P. CARD. ALTIERI.

MONSIGNOR VESCOVO DI IESI.

LETTERA DELLA S. CONGREGATIONE

Sopra le Cause delle Vedoue, Pupilli, e Persone miserabili.

Foris. *All'Illustre, e Molto Reu. Monsign. come Fratello.*

IL VESCOVO DI IESI.

Intus verò. Illustre, e M. Reu. Monsig. come Fratello.

Essendosi proposto in questa S. Congregatione sopra le controuersie giurisdittionali ad istanza di V. S. e di cotesto Monsignor Gouernatore il dubbio, se cotesto Foro Ecclesiastico possa conoscere le Cause delle Vedoue, Pupilli, e d'altre Persone miserabili tanto ciuili, quanto criminali col suppor-

re la

re la consuetudine a fauore del medesimo Foro; questi Eminentissimi miei Signori hanno concordemente risoluto potersi conoscere dal detto Foro. Il che si notifica a V. S.; acciò si possa col Tribunale di esso Monsignor Gouernatore camminare senza contesa, e quì a V.S. mi offero, e prego bene. Roma 31. Maggio 1639.

Di V. S.

Come Fratello
G. B. CARD. PANFILIO.

Loco ✠ Sigilli.

Francesco Paolucci Segr. della S. Congreg.

VESCOVO DI IESI.

Sacræ Congregationis super controuersijs iurisdictionalibus Decretum ad fauorem Curiæ Episcopalis Aesij cognoscendi Causas ciuiles, & criminales Viduarum, Pupillorum, & miserabilium Personarum.

AEsina. Die secunda Maij 1639. Sacra Congregatio censuit secundùm ea, quæ proponun ur, Causas Viduarum, Pupillorum, & aliarum Personarum misei abilium tam ciuiliter, quàm criminaliter cognosci posse a Curia Episcopali. lib. 3. Decretorum Pauluccij fol. 92. Et in Maceraten. 18. Nouembris 1653.

Sacra Congregatio censuit, dispositionem legis Vnicæ Cod. *Quando Imperator* non habere locum

de foro ad forum, sed de loco ad locum, nisi adsit contraria consuetudo legitimè præscripta. 3. Februarij 1673.

Tenor Literarum.

Foris. All'Illustre, e Molto Reu. Signore come Fratello

IL VESCOVO DI IESI, Loco ✠ Sigilli.

Intus verò. Illust. e Molto Reu. Signore come Fratello.

Esponendo cotesta Cõmunità riceuere notabili pregiuditij per l'eccessiuità de i Patrimonij, con i quali i Preti sono assunti agli ordini Sacri; la Sacra Congregatione è stata di sentimento, che V. S. li riduchi alla quantità, che vien disposta dalle Constitutioni Sinodali, e Dio la prosperi. Roma 23. Nouembre 1675.

Di V. S.

Come Fratello
P. CARD. ALTIERI.
Gio. Bussi Segr.

IESI. VESCOVO &c.

Decre-

Decretum Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Laurentij Episcopi Aesini super Patrimonijs.

Die 20. Maij 1676.

ILLVSTRISS. ET REVEREN. D. EPISCOPO

Sac. Congregationis bo: Regiminis,

Pro Illustrissima Communitate Aesij, Contra quoscumque Clericos, siue Presbyteros detinentes Patrimonia excessiua.

COmparet D. Thomassonus Procurator, & in termino &c. facto exhibet, & producit literas Sac. Congregationis super reductione, & moderatione Patrimoniorum, petens, & recipi, & admitti, & fieri, & exequi prout in eis, ac declarari congruam quantitatem, & valorem bonorum pro patrimonio Clericorum ad sacros Ordines promotos, & imposterùm promouen. & patrimonia iam constituta reduci ad congruum valorem, & sibi ius &c. non solùm &c. sed & omni &c.

Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Episcopus sedens &c. visis &c. prædicta &c. in executionem literarum Sac. Congregationis exhibitis, inhæren. Synodalibus Constitutionibus Æsin. matura priùs habita consideratione, bona in titulum Patrimonij ecclesiastici ad sacros Ordines Clericis promouen. assignanda, & imposterùm constituenda, sicut hactenus

assi-

assignata, & constituta taxauit, declarauit, & respe-ctiuè reduxit ad valorem scuto um mille capitalis nō exceden. pro quopiam Clerico graduato, aut qualificato secundùm æstimationem in vltimo æstimo compilato de mandato Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Nigronij tunc Visitatoris Apostolici: ad scu t. verò octingenta non exceden., & calculan. vt supra pro quolibet inferioris gradus; arbitrio tamen D. S. Illustrissimæ, eiusquè Successoribus reseruat. Et ita ad effectum dumtaxat in eisdem literis contentum, & non aliàs dixit, decreuit, taxauit, declarauit, & reduxit, omni &c.

LAVRENTIVS CYBO IVDEX DELEGATVS, ac Episcopus Æsinus.

Thomas Matoffus Cancellarius.

LETTERA DELLA S. CONGREGATIONE

De Vescoui, e Regolari sopra li Predicatori.

Illustre, e Molto Reuerendo Monsignore come Fratello.

LA Santità di Nostro Signore hà inteso, come alcuni Predicatori non esercitano l'offitio loro con quello spirito di pietà, e col decoro, che si deue ad vn ministerio così sacrosanto; ma che piu tosto pascono l'intelletto degli Vditori con vane inutili curiosità; ò lo dilettano con descrittioni, paradossi, concetti, & esaggerationi improprie, & impru- den-

denti. E che in oltre allettano il Popolo con facetie, e leggierezze tali, che la predicatione Euangelica non solamente si rende infruttuosa; ma ancora contemptibile. Che però desiderando Sua Beatitudine con Apostolico zelo, che la parola di Dio a gloria di Sua Diuina Maestà, & a beneficio dell'Anime produca il frutto centesimo; hà comandato con Lettera circolare a gli Ordinarij, esser mente di Sua Santità, ch'essi nel dare la benedittione, ò concedere la licenza à' Predicatori delle loro Diocesi tanto Secolari, quanto Regolari; debbano con priuata, ma seria esortatione auuertirli, e comminando loro graui conuenienti pene ammonirli, che onninamente si astengano dalli sopradetti abusi. Ma che nelle Prediche tanto circa la sostanza, ò materia, quanto circa lo stile, & attione debbano con zelo, e feruore valersi di quelle forme, che siano più conferenti, e più efficaci per eccitare nell'Anime l'amore, & il timore del Sig. Iddio, la memoria de' Nouissimi, l'auuersione, ò l'odio verso i peccati; per la moltitudine de' quali nel tempo hodierno ci sourasta con imminenti calamità il flagello della Giustitia Diuina. In esecutione de' comandamenti di Nostro Signore significo tutto ciò a V. S. dalla cui diligenza si attenderà auuiso dell'esecutione. Et Iddio la prosperi. Roma 21. Decembre 1672.

Di V. S.

Come Fratello

FRANC. MAR. CARD. BRANCACCI.

C. de V. A. d'Ater.

IESI, AL VESCOVO.

LITTE-

LITTERAE S. CONGREGATIONIS

Concilij super Concionatoribus.

R*EV. Domine vti Fr.* A pluribus Christiani Orbis Prouincijs graues frequentesq. Romam atq; ad ipsam S. Sedem aduentant seu delationes, seu querelæ aduersùs præsentem Prædicationis vsum tamquam a primæuo Apostolorum instituto prorsus aberrantem. Ac quidem cùm Verbum Dei, quod Apostolo teste omnino esse debet sanum ac salutare, multiplici lue per plures ex ipsis Euangelij Præconibus reddatur infectum; meritò Sanctiss. D. N. Decreuit contagionem istam Vniuerso Gregi tam exitiosam, longeq; patentem omni Apostolicæ auctoritatis conatu prorsus excindere. Nam quæ pestis esse, aut excogitari violentior ea potest, quæ cibos ipsos ad vitæ præsidium institutos, ipsasq; medicinas pro morbis depellendis inuentas, in mortis instrumenta, & præsentissima venena conuerterit? Verbum profectò Dei panis est ille vitæ, & intellectus, quo cibari, & aqua simul salutaris, qua potari Fidelium animas ab ipsis Religionis Christianæ incunabulis Redemptor noster edocuit. At verò si sal, quod pro Dei verbo a Sanctis accipitur, per futiles conciones euanuerit; in quo putrescentia mortalium vitia condientur? Quinimò si sal idem, quod Prædicationes apertè significat, per eloquentiam planè

stul-

ſtultam infatuatum fuerit; re vera non vltra valebit, niſi vt conculcetur, & vtinam iam non conculcaretur ab hominibus! Quæ enim miniſterio tam ſacro maieſtas, qui decor, quæ ſanctitas, quæ vtilitas ineſt; quando plurimi (vt Paulus clamat) Verbum Dei adulterantes, aut iocis, tamquam Hiſtriones, aut conuerſi ad fabulas vti Poetæ, Auditores ſibi prurientes auribus coaceruant, aut inanis facundiæ lenocinio, & calamiſtrato ac meretricio planè ſtylo prædicationem fœdè corrumpunt? Mandat ergo Sanctitas Sua, zelo verè apoſtolico accenſa, vt omnes Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, cæterarumq; Eccleſiarum Præſides, quorum præcipuum munus eſt verbum Dei adminiſtrare, Gregemquè paſcere; tantis corruptelis occurrant, eaſquè Concionatoribus opportunè ob oculos ponant, vt fugiant a facie tot peſtium potiùs quàm Colubrorum. Et præſertim vniuerſi intelligant, quod per Ieremiam Deus illis indixit: *Propheta, qui habet ſermonem meum, loquatur ſermonem meum verè. Quid paleis ad triticum? Numquid non verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petras?* videlicet oportere Conciones non paleis refertas eſſe ad vanitatem; ſed igne veritatis ſuccenſas. Porrò ſciant, non leuem eſſe culpam, ſed grande piaculum, grauiſſimaquè pœna mulctandi, vbi per ſcurrilitatem verbum Dei velut in Scenam adducunt, atque Auditoribus deridendum traduxerint. Prætereà neque per quæſtiones curioſas, ac

paradoxata vana ita supra captum Populorum assurgant, vt verè querantuur, *Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis*. Similiter neque per illecebras inanium verborum res non minùs vanas obtrudant, & per ostentationem memoriæ, atque pronunciationis præcipitantiam quasi præstigijs Auditorum animos aurésquè ludificent. Quamobrem Antistites per se, si tempus vacauerit, tum in Cathedralibus, tum in alijs Ecclesijs seriò animaduertant, & in Diœcesi Vicarijs Foraneis, alijsq; Ministris, probisq; viris, a quibus ea super re relationes exigant, vigilantiam demandent. Ac si Concionatores normam huiusmodi transgressos compererint; eos a prædicationis munere ad tempus bene visum suspendant, aliaue ratione pro modo culpæ plectere curent, subrogando interim alios, qui salutari modo Populo ostendant vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, vt pœnam æternam euadere, & cælestem gloriam valeant consequi. A. igitur Tua in Ciuitate ac Diœcesi eius Curę credita Sanctiss. D. N. iussibus proprioq; muneri satisfacere neutiquam negligat, eiquè omnia prospera precamur a Domino. Romę 6. Iulij 1680.

A. T.

Vti Frater
F. CARD. COLVMNA

Gratis tantùm quò ad litteram

S. Archiep. Brancaccius Episc. Viterbien.

Decre-

AESINA.

SAcra Rituum Congregatio declarauit, per Eminentissimum Ordinarium cogi, & compelli posse omnes Ciuitatis Æsij Regulares, atque omnibus iuris remedijs, ac etiam sub censuris ad obseruantiam infrascriptarum ordinationum in Funeralibus per ipsum Eminentissimum factarum, quacumque consuetudine, & prætenso priuilegio in contrarium non obstantibus.

1 Quòd ipsi Regulares non possint, neque debeant deferre propriam Crucem, quando Corpora ad Ecclesiam Parochialem, vel aliò extra eorum Ecclesiam deferuntur, aut Capitulum Ecclesiæ Cathedralis interuenit.

2 Quòd teneantur accedere ad Ecclesiam Cathedralem, seu Parochialem, non autem expectare per viam, aut recto tramite ire ad Domum Defuncti.

3 Quòd non possint leuare Corpora Defunctorum in eorum Ecclesijs sepeliendorum, Parocho irrequisito, & non expectato. Hac die 31. Iulij 1665.

M. EPISC. SABINENS. CARD. GINETTVS.

Loco ✠ Sigilli

Bernardinus Casalius S. Rit. Congr. Secret.

CVm aliàs Sacra Rituum Congregatio in Æsinã sub die 31. Julij 1665. declarauerit, Regulares omnes Ciuitatis pro associandis Cadaueribus Defunctorum teneri accedere ad Ecclesiam Cathedralem, siue Parochialem;

Pro parte Capituli eiusdem Cathedralis supplicatum fuit pro declaratione aliorum infrascriptorum dubiorum.

1 An ijdem Regulares teneantur accedere ad Ecclesiam Cathedralem ad leuandum Capitulum pro associando Cadauere Defuncti sepeliendi etiam in Ecclesia Regularium, licèt Defunctus non sit de Parochia Cathedralis.

2 An Plebanus Sancti Petri, seu Curatus Sancti Nicolai dictæ Ciuitatis pro associando Cadauere sui proprii Parochiani defuncti, in alia tamen Ecclesia etiam Regularium sepeliendi, teneatur pariter accedere ad Ecclesiam Cathedralem, quando interuenit Capitulum eiusdem, & idem seruandum sit, si prædictum Cadauer per modum depositi existat in sua propria Ecclesia Parochiali, vel in alia sita intus, vel extra dictam Parochialem.

3 An dicti Curati teneantur accedere ad dictam Cathedralem, quando Capitulum interuenit, si præfatum Cadauer sit sepeliendum in aliqua ex dictis Parochialibus Sancti Petri, & Sancti Nicolai.

Qui-

Quibus omnibus eadem S. Congregatio affirmatiuè respondit, ex declaratione in similibus facta proponente Eminentissimo Brancaccio in Nicien. die 9. Augusti præteriti, quando Capitulum Cathedralis capitulariter interuenit, & ab ipsa incipiendum esse Processionem in præfatis omnibus casibus. Hac die 24. Ianuarii 1671.

M. EPISC. PORTVENS. CARD. GINETTVS.

Loco ✠ Sigilli

Bernardinus Casalius S. Rit. Congr. Secret.

DECRETO DELLA S. CONGREGAT. DE' VESCOVI

Sopra le Conuerse.

EMINENTISS. E REVEREN. SIGNORI.

IL Vescouo di Iesi considerando il seruitio, che risulterebbe a' Monisteri di S. Anna, e di S. Chiara di detta Città, quando prima d'ammettersi le Monache Conuerse all'habito regolare, si potessero tenere Secolari per qualche tempo nella Clausura, a fine di far proua delle loro habilità per licentiarle, quando non l'haueßero a sufficienza per non tenerle inutili nel seruitio de' Monisteri, e con mala sodisfattione delle Monache Corali tutta la loro vita, come è succeßo più volte à

lorap-

lo rappresenta riuerentemente all' EE.VV per riceuerne benignamente la licenza nella forma, che parerà più propria alla somma prudenza dell' EE.VV. Quas Deus &c.

SAcra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, benignè indulsit, vt præfatæ Puellæ ad habitum Conuersarum admittendæ per tres menses tantùm in Monasterijs in habitu Seculari ad effectum ipsarum habilitatem explorandi retineri possint. Non obstante &c. Romæ 15. Februarij 1675.

GASPAR CARD. CARPINEVS.

A. ARCHIEP. LVCENSIS SECR.

De Suspensionibus quæ ipso Iure contrahuntur, quas refert F. Eligius Bassæus in Florib. Theolog. pract. Tom. 2. in verbo Suspensio IV.

Contra Clericos.

1 REcipientes ordines ab eo, qui renunciauit Episcopatui.

2 Recipientes ab alieno sinè licentia proprij.

3 Recipientes a proprio in aliena diœcesi sinè licentia.

4 Re-

4 Recipientes ab excommunicato, vel suspenso denunciato.

5 Recipientes ante legitimam ætatem.

6 Recipientes extra tẽpora sine dispensatione.

7 Recipientes non seruatis interstitijs.

8 Contra Clericos ordinatos ficto titulo.

9 Contra promotos per saltum.

10 Contra Clericos recipientes ordines sacros post matrimonium ratum etiam non consummatum.

11 Clericos recipientes ordines si sint excommunicati, vel suspensi, vel interdicti.

12 Si cum literis Capituli sede vacante intra annum.

13 Vtentes ordine in loco interdicto præter modum iure concessum.

14 Celebrantes coram excommunicato, vel interdicto.

15 Tradentes sepulturæ publicos vsurarios.

16 Contra Parochos iungentes Sponsos alterius Parochiç sinè licentia.

17 Parochos non prohibentes matrimonia clandestina, vel contra interdictum Ecclesiç.

18 Abutentes vestibus contra iuris statuta.

19 Alienis debitis grauantes Ecclesias sibi commissas.

20 Occupantes bona Prçlati defuncti.

21 Electores Episcoporum, non prçsentantes electionem Electo infra octo dies.

22 Com-

22 Compromissarios eligentes indignum.

23 Eligentes indignum ad Episcopatum, vel Curatum.

24 Postulantes in Prelatum Cathedralis eos, qui prohibentur.

25 Consentientes electioni per abusum secularis potestatis.

26 Inferiores Episcopis non seruantes in visitatione constitutionem Innocentij IV.

27 Conferentes beneficia eorum, qui seruiunt in Curia, vel eadem recipientes.

28 Facientes in iudicio per sordes aliquid contra iustitiam & conscientiam in grauamen partis.

29 Conseruatores se intromittentes in alijs, quã de manifestis iniurijs.

30 Occupantes bona, census &c. Ecclesię, Beneficij, vel Pij Loci.

31 Publicos peccatores.

32 Publicos Concubinarios.

33 Sodomiam exercentes.

34 Simoniacos.

35 Iurantes de tenendo schismate.

36 Prouocantes ad duellum, vel acceptantes.

37 Raptores, vel prębentes auxilium &c. raptui.

38 Disputantes de Conceptione SS. Virginis.

---

1 C. 1. de ord. ab Episc. qui renunc. Episcopatui.

2 Pius II. Cùm ex sacrorum 6.

3 C. Epi-

3 C. Episcoporum 9. quęst. 2.
4 C. 1. & 3. De Schism.
5 Pius II. Cùm ex sacrorum 6.
6 Pius II. ibid.
7 C. Dilectus c. Literas De temp. ordin.
8 C. Neminem, cap. Sanctorum, d. 70.
9 Conc. Trid. sess. 23. cap. 14.
10 Extrauag. antiquę, De voto.
11 C. Cum illorum, de sent. excommun.
12 Conc. Trid. sess. 7. cap. 10. de reform.
13 C. 18., Qui: De sententia excom. in 6.
14 C. Episcoporum, De priuileg. in 6.
15 C. Quia in omnibus, De vsuris.
16 Trid. sess. 24. c. 1. de reform. matrim.
17 C. Cùm inhibitio De clandest. despon.
18 Clem. 2. De vita, & honest. cler.
19 C. 2. De solut.
20 C. Quia sępe De elect. in 6.
21 C. Cupientes, De elect. in 6.
22 C. Si compromissar. De elect. in 6.
23 C. Cùm in cunctis, §. fin. de elect.
24 C. Cùm in cunctis, de elect.
25 C. Quisquis, de elect.
26 C. Exigit, de censib. in 6.
27 Extrau. 3. de priuileg.
28 C. 1. De sent. & re iud. in 6.
29 C. vltimo, De offic. deleg. in 6.
30 Conc. Trid. sess. 22. cap. 11. de reform.

Hh 31 C. vl-

31 C. vltim. De temp. ord. *Hodie istæ non sunt in vsu.*
34 Extrauag. Pauli 2. de Simonia.
35 C. 1. De Schismate.
36 C. 1. De cler. de pugnant. in duello.
37 Conc. Trid. Sess. 24. cap. 5. de refo rm.
38 Pius V. Super specula Paul. V. Regis pacifici Greg. XV. apud Bonac. de Susp. d. 3. p. 5. §. 1. n. 37. Addit Bassæus, loc. c. num. 6. *Solere Episcopos sibi reseruare omnes Suspensiones Iuris*, sicut & Nos reseruamus.

PROPOSITIONES DAMNATAE AB ALEX. VII.

1 HOmo nullo vmquam vitę suę tempore tenetur elicere actum fidei, spei, & charitatis ex vi pręceptorum diuinorum ad eas virtutes pertinentium.

2. Vir equestris ad duellum prouocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

3 Sententia asserens, Bullam Cœnę solùm prohibere absolutionem hęresis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est, anno 1629. 18. Iulij in Concistorio Sacrę Congregatio-

gationis Eminentiſs. Cardinaliũ viſa, & tolerata eſt.

4 Prȩlati Regulares poſſunt in foro conſcientiȩ abſoluere quoſcumque Seculares ab hȩreſi occulta, & ab excommunicatione propter eam incurſa.

5 Quamuis euidenter tibi conſtet, Petrum eſſe hȩreticum; non teneris denunciare, ſi probare non poſſis.

6 Confeſſarius, qui in ſacramentali Confeſſione tribuit Pœnitenti chartam poſtea legendam, in qua ad venerem incitat, non cenſetur ſollicitaſſe in Confeſſione, ac proindè non eſt denunciandus.

7 Modus euadendi obligationem denunciandȩ ſollicitationis eſt, ſi Sollicitatus confiteatur cum Sollicitante, hic poteſt ipſum abſoluere abſque onere denunciandi.

8 Duplicatum ſtipendium poteſt Sacerdos pro eadem Miſſa licitè accipere, applicando petenti partem etiam ſpecialiſſimam fructus ipſimet Celebranti correſpondentem, idquè poſt Decretũ Vrbani VIII.

9 Poſt Decretum Vrbani poteſt Sacerdos, cui Miſſȩ celebrandȩ traduntur, per alium ſatisfacere, collato illi minori ſtipendio, alia parte ſtipendij ſibi retenta.

10 Non eſt contra iuſtitiam pro pluribus ſacrificijs ſtipendium accipere, & ſacrificium vnum offerre; neque etiam eſt contra fidelitatem, etiamſi promittam promiſſione etiam iuramento firmata danti ſtipendium, quòd pro nullo alio offeram.

11 Peccatâ in Confessione omissa, seu oblita ob instans periculum vitę, aut ob aliam causam non tenemur in sequenti confessione exprimere.

12 Mendicantes possunt absoluere à casibus Episcopis reseruatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate.

13 Satisfacit pręcepto annuę Confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo pręsentato, sed ab eo iniustè reprobato.

14 Qui facit confessionem voluntariè nullam satisfacit pręcepto Ecclesię.

15 Pœnitens propria auctoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius pœnitentiam adimpleat.

16 Qui Beneficium curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.

17 Est licitum Religioso, vel Clerico Calumniatorem grauia crimina de se, vel de sua Religione spargere minantem, occidere, quando alius modus defendendi non suppetit, vel suppetere non videtur, si calumniator sit paratus, vel ipsi Religioso, vel eius Religioni publicè, & coram grauissimis Viris prędicta impingere, nisi occidatur.

18 Licet interficere falsum Accusatorem, falsos Testes, ac etiam Iudicem, a quo iniqua certò imminet sententia, si alia via non potest Innocens damnum euitare.

19 Non peccat Maritus occidens propria aucto-

rita-

ritate vxorem in adulterio deprehenſam.

20 Reſtitutio a B. Pio V. impoſita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conſcientia ante ſententiam declaratoriam Iudicis, eo quod ſit pœna.

21 Habens Cappellaniam collatiuam, aut quoduis aliud Beneficium eccleſiaſticum, ſi ſtudio litterarum vacet, ſatisfacit ſuæ obligationi, ſi Officium per alium recitet.

22 Non eſt contra iuſtitiam Beneficia eccleſiaſtica non conferre gratis, quia Collator conferens illa Beneficia eccleſiaſtica, pecunia interueniente, non exigit illam pro collatione Beneficij; ſed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.

23 Frangens ieiunium Eccleſię, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, niſi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta, quia non vult ſe ſubijcere pręcepto.

24 Mollities, ſodomia, & beſtialitas ſunt peccata eiuſdem ſpeciei infimę; ideoquè ſufficit dicere in Confeſſione, ſe procuraſſe pollutionem.

25 Qui habuit copulam cum ſoluta, ſatisfacit Confeſſionis pręcepto, dicens; Commiſi cum ſoluta graue peccatum contra caſtitatem, non explicando copulam.

26 Quando Litigantes habent pro ſe opiniones ęquè probabiles, poteſt Iudex pecuniam accipere pro ferenda ſententia in fauorem vnius prę alio.

27 Si

27 Si liber ſit alicuius iunioris, & moderni, debet opinio cenſeri probabilis, dũmodo nõ cõſtet, reiectam eſſe a Sede Apoſtolica tanquam improbabilẽ.

28 Populus non peccat, etiamſi abſque vlla cauſa non recipiat legem a Principe promulgatam.

29 In die ieiunij, qui ſępiùs quid comedit, & ſi notabilem quantitatem in fine commederit, nõ frangit ieiunium.

30 Omnes Officiales, qui in Republica corporaliter laborant, ſunt excuſati ab obligatione ieiunij, nec debent ſe certificare, an labor ſit compatibilis cum ieiunio.

31 Excuſantur abſolutè a pręcepto ieiunij omnes illi, qui iter agunt equitando, vtcumque iter agant, etiamſi iter neceſſarium non ſit, & etiam ſi iter vnius diei conficiant.

32 Non eſt euidens, quòd conſuetudo non comedendi oua, & lacticinia in Quadrageſima obliget.

33 Reſtitutio fructuum ob omiſſionem Horarum ſuppleri poteſt per quaſcumque eleemoſynas, quas antea Beneficiarius de fructibus ſui beneficij fecerit.

34 In die Palmarum recitans officium Paſchale ſatisfacit præcepto.

35 Vnico Officio poteſt quis ſatisfacere duplici præcepto pro die præſenti, & craſtino.

36 Regulares poſſunt in foro conſcientiæ vti priuilegijs ſuis, quæ ſunt expreſsè reuocata per Concilium Tridentinum.

37 In-

37 Indulgentiæ concessæ Regularibus, & reuocatæ a Paulo V. hodie sunt reualidatæ.

38 Mandatum Tridentini, factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, confitendi quamprimùm; est consilium, non præceptum.

39 Illa particula *quàmprimùm* intelligitur, cùm Sacerdos suo tempore confitebitur.

40 Est probabilis opinio, quæ dicit, esse tantùm veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo consensus vlterioris, & pollutionis.

41 Non est obligandus Concubinarius ad eijciendam Concubinam, si hæc nimis vtilis esset ad oblectamentum Concubinarij, vulgò *regalo*; dum deficiente illo, nimis ægrè ageret vitam, & aliæ epulæ tædio magno Concubinarium afficerent; & alia Famula nimis difficilè inueniretur.

42 Licitum est mutuanti, aliquid vltra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem vsque ad certum tempus.

43 Annuum legatum pro Anima relictum non durat plùs quàm per decem annos.

44 Quoad forum conscientię reo correcto, eiusquè contumacia cessante, cessant censurę.

45 Libri prohibiti, donec expurgentur, possunt retineri, vsque dum adhibita diligentia corrigantur.

Pro-

A SS. D. N. INNOCENTIO XI.

1 NOn est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore; nisi id vetet lex, conuentio, aut periculum grauis damni incurrendi. Hinc sententia probabili tantùm vtendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

2 Probabiliter existimo, Iudicem posse iudicare iuxta opinionem etiam minùs probabilem.

3 Generatim dum probabilitate siue intrinseca, siue extrinseca quantumuis tenui, modò a probabilitatis finibus non exeatur, confisi aliquid agimus, semper prudenter agimus.

4 Ab infidelitate excusabitur Infidelis non credens ductus opinione minùs probabili.

5 An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantùm in vita eliceret, condemnare non audemus.

6 Probabile est, ne singulis quidem rigorosè quinquennijs per se obligare pręceptum charitatis erga Deum.

7 Tunc solùm obligat, quando tenemur iustificari, & non habemus aliam viam, qua iustificari possimus.

8 Co-

8 Comedere, & bibere vſque ad ſatietatem ob ſolam voluptatem non eſt peccatum, modò non obſit valetudini: quia licitè poteſt appetitus naturalis ſuis actibus frui.

9 Opus coniugij ob ſolam voluptatem exercitum omni penitus caret culpa, ac defectu veniali.

10 Non tenemur Proximum diligere actu interno, & formali.

11 Præcepto Proximum diligendi ſatisfacere poſſumus per ſolos actus externos.

12 Vix in Secularibus inuenies, etiam in Regibus ſuperfluum ſtatui. Et ita vix aliquis tenetur ad eleemoſynam, quando tenetur tantùm ex ſuperfluo ſtatui.

13 Si cum debita moderatione facias, potes abſque peccato mortali de vita alicuius triſtari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere, & deſiderare, non quidem ex diſplicentia Perſonæ, ſed ob aliquod temporale emolumentum.

14 Licitum eſt abſoluto deſiderio cupere mortem Patris, non quidem, vt malum Patris, ſed vt bonum cupientis: quia nimirum ei obuentura eſt pinguis hereditas.

15 Licitum eſt Filio gaudere de parricidio Parentis a ſe in ebrietate perpetrato, propter ingentes diuitias indè ex hereditate conſecutas.

16 Fides non cenſetur cadere ſub præceptum ſpeciale, & ſecundùm ſe.

17 Satis est, actum fidei semel in vita elicere.

18 Si a potestate publica quis interrogetur, fidem ingenuè confiteri, vt Deo, & fidei gloriosum consulo; tacere, vt peccaminosum per se non damno.

19 Voluntas non potest efficere, vt assensus fidei in seipso sit magis firmus, quàm mereatur pondus rationum ad assensum impellentium.

20 Hinc potest quis prudenter repudiare assensum, quem habebat supernaturalem.

21 Assensus fidei supernaturalis, & vtilis ad salutem stat cùm notitia solùm probabili reuelationis; immò cum formidine, qua quis formidet, ne non sit locutus Deus.

22 Non nisi fides vnius Dei necessaria videtur necessitate medij, non autem explicita *Remuneratoris*.

23 Fides latè dicta ex testimonio Creaturarum, similiue motiuo ad iustificationem sufficit.

24 Vocare Deum in testem mendacij leuis, non est tanta irreuerentia, propter quam velit, aut possit damnare hominem.

25 Cum causa licitum est iurare sinè animo iurandi, siue res sit leuis, siue grauis.

26 Si quis vel solus, vel coram alijs, siue interrogatus, siue propria sponte, siue recreationis causa, siue quocumque alio fine iuret, se non fecisse aliquid, quod re vera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quoduis aliud additum verum; re vera non mentitur, nec est periurus.

27 Cau-

27 Causa iusta vtendi his amphibologijs est, quoties id necessarium, aut vtile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, itaut veritatis occultatio censeatur tunc expediens, & studiosa.

28 Qui mediante commendatione, vel munere ad Magistratum, vel Officium publicum promotus est, poterit cum restrictione mentali præstare iuramentum, quod de mandato Regis a similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem Exigentis: quia non tenetur fateri crimen occultum.

29 Vrgens metus grauis est causa iusta Sacramētorum administrationem simulandi.

30 Fas est Viro honorato occidere Inuasorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit: idem quoquè dicendum, si quis impingat alapam, vel fuste percutiat, & post impactam alapam, vel ictum fustis fugiat.

31 Regulariter occidere possum furem pro conseruatione vnius aurei.

32 Non solùm licitum est defendere defensione occisiua, quæ actu possidemus; sed etiam ad quæ ius inchoatum habemus, & quæ nos possessuros speramus.

33 Licitum est tam heredi, quàm legatario contra iniustè impedientem, ne vel hereditas adeatur, vel legata soluantur, se taliter defendere, sicut & ius habenti in cathedram, vel præbendam contra

eorum possessionem iniustè Impedientem.

34 Licet procurare abortum ante animationem fœtus, ne Puella deprehensa grauida occidatur, aut infametur.

35 Videtur probabile, omnem fœtum, quamdiu in vtero est, carere anima rationali, & tunc primùm incipere eamdem habere, cùm paritur: ac consequenter dicendum erit, in nullo abortu homicidium committi.

36 Permissum est furari non solùm in extrema necessitate, sed etiam in graui.

37 Famuli, & famulæ domesticæ possunt occultè heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam maiorem iudicant salario, quod recipiunt.

38 Non tenetur quis sub pœna peccati mortalis restituere quod ablatum est per pauca furta, quantumcumque sit magna summa totalis.

39 Qui alium mouet, aut inducit ad inferendum graue damnum tertio, non tenetur ad restitutionem istius damni illati.

40 Contractus Mohatra licitus est, etiam respectu eiusdem Personæ, & cum contractu retrouenditionis præuiè inito cum intentione lucri.

41 Cùm numerata pecunia pretiosior sit numeranda, & nullus sit, qui non maioris faciat pecuniam præsentem, quàm futuram; potest Creditor aliquid vltra sortem a Mutuatario exigere, & eo titulo ab vsura excusari.

42 Vsu-

42 Vſura non eſt, dum vltra ſortem aliquid exigitur tamquam ex beneuolentia, & gratitudine debitum; ſed ſolùm, ſi exigatur tamquam ex iuſtitia debitum.

43 Quidni non niſi veniale ſit detrahentis auctoritatem magnam ſibi noxiam falſo crimine elidere?

44 Probabile eſt non peccare mortaliter, qui imponit falſum crimen alicui, vt ſuam iuſtitiam, & honorem defendat. Et ſi hoc non ſit probabile; vix vlla erit opinio probabilis in Theologia.

45 Dare temporale pro ſpirituali non eſt ſimonia, quando temporale non datur tanquam pretium, ſed dumtaxat tamquam motiuum conferendi, vel efficiendi ſpirituale; vel etiam quando temporale ſit ſolùm gratuita compenſatio pro ſpirituali, aut e contra.

46 Et id quoquè locum habet, etiamſi temporale ſit principale motiuum dandi ſpirituale; immo etiamſi ſit finis ipſius rei ſpiritualis, ſic vt illud pluris æſtimetur, quàm res ſpiritualis.

47 Cùm dixit Concilium Tridentinum, eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis vtiles, ipſi iudicauerint, ad Eccleſias promouent; Concilium vel primò videtur per hoc *digniores* non aliud ſignificare velle, niſi dignitatem eligendorum, ſumpto comparatiuo pro poſitiuo: vel ſecundò locutione minùs propria ponit *digniores*, vt excludat indignos, non

verò dignos: vel tandem loquitur tertiò, quando fit concursus.

48 Tam clarum videtur, fornicationem secundùm se nullam inuoluere malitiam, & solùm esse malam, quia interdicta; vt contrarium omninò rationi dissonum videatur.

49 Mollities iure naturæ prohibita non est: vndè, si Deus eam non interdixisset, sæpè esset bona, & aliquando obligatoria sub mortali.

50 Copula cum coniugata, consentiente marito, non est adulterium; adeoquè sufficit in confessione dicere, se esse fornicatum.

51 Famulus, qui submissis hnmeris scienter adiuuat Herum suum ascendere per fenestras ad stuprandum Virginem, & multoties eidem subseruit deferendo scalam, aperiendo ianuam, aut quid simili cooperando; non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta, ne a Domino male tractetur, ne toruis oculis aspiciatur, ne domo expellatur.

52 Præceptum seruandi festa non obligat sub mortali, seposito scandalo, si absit contemptus.

53 Satisfacit præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacro, qui duas eius partes, immo quatuor simul a diuersis Celebrantibus audit.

54 Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, potest autem reliquas Horas, ad nihil tenetur: quia maior pars trahit ad se minorem.

55 Præ-

55 Præcepto Communionis annuæ satisfit per sacrilegam Domini manducationem.

56 Frequens Confessio, & Communio etiam in his, qui gentiliter viuunt; est nota prædestinationis.

57 Probabile est, sufficere attritionem naturalem modò honestam.

58 Non tenetur Confessario interroganti fateri peccati alicuius consuetudinem.

59 Licet sacramentaliter absoluere dimidiatè tantùm confessos ratione magni concursus Pœnitentium, qualis v. g. potest contingere in die magnæ alicuius Festiuitatis, aut Indulgentiæ.

60 Pœnitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, Naturæ, aut Ecclesiæ, etsi emendationis spes nulla appareat, nec est neganda, nec differenda absolutio, dummodò ore proferat, se dolere, & proponere emendationem.

61 Potest aliquando absolui, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere; quinimmo directè, & ex proposito eam quærit, aut ei se ingerit.

62 Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua vtilis, aut honesta non fugiendi occurrit.

63 Licitum est quærere directè occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel Proximi.

64 Absolutionis capax est homo; quantumuis laboret ignorantia mysteriorum Fidei, & etiamsi per negligentiam etiam culpabilem nesciat Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini Nostri IESV Christi.

65 Sufficit, illa Mysteria semel credidisse.

SS. D. N. Statuit, & decreuit prædictas propositiones, & vnamquamque ipsarum, sicut iacent, vt minimum tamquam scandalosas, & in praxi perniciosas, esse damnandas, & prohibendas, sicuti eas damnat, & prohibet.

F I N I S.